

*ur.* Voluntas enim patris in constituendis tutoribus, vel curatoribus huiusmodi casibus a iudice, ad cuius officium hæc res pertinet, servari solet, ac proinde l. nostra iusserunt, iudicem sequi debere voluntatem patris, qui testamentum etiam minus solemni, aut postea rupto, aut alias non iure factio tutorem liberis dederit, ut in l. 2. C. de confirm. tut. 1. & l. 3. & l. si filio ff. eod. tit. l. pater, §. cum a patre, & l. si pater, & l. iure nostro, §. ult. ff. de testam. tut. Et id quidem sine aliqua inquisitione, d. §. cum a patre, & l. 1. & ibi D. ff. de confirm. tut. §. ult. Instit. de tutel. quod late probat, & iuxta id consilium Philip. Cor. n. consil. 173. licet in præfatis, col. 4. vers. concurrat etiam, lib. 3.

3 Vbi hoc extendit ad aliam patris dispositionem circa filiorum educationem, & consil. 238. reperio, col. penult. vers. cum itaq; vol. 4. & Caldas Pereyra Lusitanus in repet. d. si curator em habens, super illis verbis, sine curatore constitutus, n. 60. C. de integ. restit. min. ibi inquit, quod illa expressa confirmatio, quæ toribus iuris prudentes inculcant, hodie necessaria non est, ut patet. in §. non tantum, Instit. de codicillis, contentis Sylv. in commentariis ad §. permittum, nu. 10. Instit. de tutel. nempe confirmatio codicillorum præcedentium testamentum.

5 Pater igitur in alia dispositione etiam inter vivos, vel in testamento imperfecto, vel in codicillis, & ab intestato filiis tutores dare potest, ut in d. l. 2. C. de confirm. tut. ubi, quod licet per epistolam, vel ex imperfecto testamento tutor recte dari potest, voluntas tamen patris in constituendis tutoribus, vel curatoribus in his casibus, a iudice, ad cuius officium hæc res pertinet, servari solet, & ibi notat Bald. in d. Bal. in l. si a patre, C. de testam. tut. Roland. in florib. ultim. volunt. pag. 31. in princ. Greg. Lopez. gl. 1. in l. 2. tit. 16. par. & Caldas Pereyra ubi supra, & præd. comm. approbat, & tenet Anto. Piag. de tut. & curat. q. 17. per totam. Ex quibus omnibus constat, requiri hiis duobus casibus, confirmationem iudicis. Nec decisio d. l. 2. loquens de testamento imperfecto hodie correctæ est ex l. hac consilium §. ex imperfecto, C. de testam. secund. gl. 2. in d. l. 2. ubi, alia tamen contra. Cuius opinio recepta est secund. Sylv. in d. §. permittum, n. 26. Roland. ubi sup. n. 6. late Marc. Antonius in d. §. ex imperfecto, nu. 21. & ex his eam receptorem appellat Caldas Pereyra ubi supra, n. 60. sed oportet, quod sequatur confirmatio, quæ operabitur, utem legitimis præferatur, ut cum aliis tenet Antonius Piagius ubi supra, d. q. 17. n. 12.

SUMMARIA.

- 1 Tutela datio actus legitimus est, non recipiens diem, nec conditionem, sed hoc in tutela dativa a iudice procedit, non vero in testamentaria, ut in n. 2. r. atq; differentia inter tutelam dativam & testamentariam in hoc assignatur, n. 3.
- 4 Tutela tacitam & intrinsicam conditionem habet & recipit.
- 5 Tutela expressam etiam conditionem quandoque potest habere, qua tamen non respicit substantiam actus, sed exsequutionem.
- 6 Tutela in regno Portugallia ad biennium tantum datur a iudice, nec ultra id tempus tutorem eam suscipere coguntur in Castellâ vero ius commune & Regium paritarum in hoc observatur.

CAPIT. XXIV.

An actus tutela recipiat diem vel conditionem?

**C**um tutela ratio actus legitimus sit, non recipiens diem vel conditionem, l. actus legitimus, ff. de regu. jur. l. mutar. §. sub conditione ff. de tutor. proculdubio videtur, quod tutela non possit dari sub conditione ex die vel ad diem.

Nihilominus tamen contrarium in terminis pro-

battent. in l. si quis sub conditione, ff. de test. tut. nempe tutor. testam. dari posse sub conditione ex die, vel ad diem quod etiam probatur in l. tut. §. vers. 1. & ff. eod. tit. & in §. ad certum, Instit. qui testam. tut. §. l. 9. §. si testam. ff. de tut. & ration. distrah.

Sed pro vera resolutione huius puncti observandum est, quod tutela dativa, quæ decernitur a iudice, non recipit diem, nec conditionem. Et ita intelligenda sunt iura primo loco allegata, & patet ex d. §. sub conditione, ibi a præfatis. In tutela vero testamentaria secus est, quia ea bene recipit diem & conditionem ab ipso testatore positis, iuxta gl. in d. §. sub conditione, verb. procedat, & in d. l. 8. gl. 1. & ult. & in d. l. actus legitimus, in princ. & in d. §. ad certum. Et hæc distinctionem sequuntur Dydus, Bald. & Alber. in d. l. 8. ver. 1. Bart. Alber. & communiter omnes in d. §. sub conditione, Faber, Aret. Portius n. 5. Plat. & communiter omnes in d. §. ad certum, Sylv. in §. sed & ff. Instit. quib. mod. tut. fin. addit ad flores ult. volun. rub. 31. n. 6. & 7. Aretin. in §. servus, n. 3. qui testam. tut. dar. poss. Mayner. in d. l. actus legitimus, n. 21. & ibi Faber. in fin. & tanquam receptam eandem distinctionem tradit Soci. lun. consil. 85. n. 3. vol. 3. & referens prædictos Caldas Pereyra in repet. d. si curatorem habens, super illis verbis, sine curatore constitutus, n. 113. C. de integ. restit.

Difficultas stat in reddenda ratione differentie inter tutorem relictum a testatore, & tutorem datum a iudice: quare ille possit relinquere sub conditione in diem vel ex die, hic vero minime. In quo maxime laborant & torquentur Dd. plures rationes reddendo, easque improbando, ut ex infra citandis apparebit. Ego vero duas contentus ero, una communi, & altera nova, quæ verior videtur.

Communis ratio differentie in proposito est illa Bart. in l. tuto, §. sub condit. num. 1. ad fin. ff. de tut. nempe, quia factum testatoris in eo, quod deficit, potest suppleri per iudicem, sed factum iudicis non debet suppleri nisi per iudicem, ideo iniungitur sibi, quod pure & perfecte dicit. Hanc rationem quam Bart. defumit ex Petro, sequitur Alber. ibi Aret. & omnes in d. §. ad certum, additio ad flores, ubi supra, & ex multis confirmat Cagnol. in d. l. actus legitimus, n. 15. & Mayner. ubi, nu. 21. & receptor videtur secund. Cald. Peret. ubi supra, eamque inter alias plures improbat & refellit Sylv. in d. §. ad certum, reddens ipsæ suam cum gloss. l. in princ. C. de testam. tutel. quæ minus tuta est, secundum Caldam ubi supra, qui pontificaliam, quam verissimam & germanam appellat, & lex secunda, quam nos probavimus, nempe, quod lex duodecim tabularum testamentariam tutelam introducens, eiusque verba expresse eam potestatem testatoribus concesserunt, ut ad libitum, & cui voluissent, modo de rebus suis & simul de tutela filii disponerent, ibi, ut quisque legasset super pecuniâ tutelave, sicut et ita ius esto id est, quomodo docung, salvis legibus. At vero tutela dario a iudice ex inquisitione & solemniter semper fieri debet, ut merito tanquam actus legitimus non recipiat expressam conditionem, ut eleganter explicat Cuiacius, ad l. 2. colam. 4. ff. de excus. tut.

Licit tacitam & intrinsicam in se conditionem habeat & recipere possit, secund. gl. per text. ibi, in §. Instit. de Atit. tut. & sequuntur omnes ibi, ut late per Sylv. n. 19. Fabrum in d. l. actus, in fin. teste Cald. Peret. ubi sup. qui addit, quod potest etiam non minus expressam quandoque conditionem habere, quæ tamen non respiciat substantiam actus, sed exsequutionem, ut in exemp. d. §. sub conditione declarat Bart. ibidem in princ. idem Bart. in l. 2. n. 3. ff. de condit. & demonst. Dec. in d. l. actus, n. 7. & ibi Mayner. n. 21. idem Dec. in cap. significasti, n. 14. de electione.

Ordinatione tamen Regia Lusitanæ l. tit. 67. §. 29. statutum est, deficientibus tutoribus testamentariis &

legiti-

legitimis, ad quos tutela munus pertinet, locum esse tutelæ dativæ, quæ iudicis approbatione & decreto, quibuscumque; etiam extraneis deferretur: qui tutores iudicis decreto usque ad biennium constituuntur, nec ultra duos annos tales extranei tutores dativi tutelæ munus suscipere coguntur, quo tempore elapsi, prætori orphanorum constituerit, bene, ut decuit, tutelam minor, gestisse, aliud tempus ex prætoris arbitrio tutelario oneri præfiget, quo sit ut a prædicto ordinario iure communi & recepta sententia deflectat, ut recte arbitrat Cald. ubi supra ad fin. d. n. 113. addens etiam, quod huiusmodi tuto-

res, qui cum non fuerint cognati, coacti fuerint, non erunt obligati inire eas tutelæ contra eorum voluntatem ultra duos annos continuos. Et hoc in illo regno Portugallie nam in his nostris Castellæ & Legionis ius commune & legum paritarum servandum proculdubio erit, nempe, ut tutela 14. ann. masculinorum, & in 12. foeminarum finitur, cura vero 15. ætatis ann. auctoriorum, Insuper tutela dativa a iudice conferri nec decerni poterit sub conditione, nec in diem, aut ex die, ut iure communi decilum exstat loco iam supra relato.

Finis primæ Partis.

Dn. JOANNIS  
GUTIERREZ, IVRISCONSULTI  
HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI  
DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIE  
CIVITATENSIS,

Pars Secunda.

DE TUTELIS ET CURIS MINORUM,

Deque Officio & Obligatione Tutorum ac Curatorum.

SUMMARIA.

- 1 Tutor ante omnia facere debet inventarium de omnibus reb. pupilli, in quo continentur eius privilegia & instrumenta manu tabellionis publici cum indicis licentia, alias a tutela ut suspectus removebitur, nisi in causa causam ostendat impedimenti, & tunc debet illi precipi, ut statim illud conficiat, & c. n. 16. & 17.
- 2 Inventarium ideo dicitur, quia in eo scribuntur reperia & inventa in bonis pupilli.
- 3 Inventarii forma conficiendi per tutores & curatores.
- 4 Inventarii forma substantia observanda sunt, quamvis alias verba mutantur, quæ substantia non mutent.
- 5 In Inventario nihil omitti debet, etiam si sit minimum.
- 6 Tutor, qui inventario non apposuit omnes res, dolo fecisse videtur, nisi ex causa, ut quia tempore conficiendi inventarii aliqua res sibi occulta essent, ut in n. 7. præterquam in filius hereditibus patris respectu mobilium in eadem domo existentium, quæ non possunt allegare eorum ignorantiam, ut in n. 3. & n. 9. ponitur cautela & protestatio, ne offiat tutoribus & curatoribus omisso appositionis in inventario aliquarum rerum ignoranter facta.
- 10 Tutores & curatores minorum, intra quod tempus inventarium conficere teneantur, resolventur cum iura & concordia sententia, quod max. id est, quam primum possint: & quod non habeant tempus, alias hereditibus concessum.
- 11 Tutor si antequam acciperet suspectus, & administraret, fecerit solemniam non facta, non poterit per hoc accusari postea suspectus, & admittetur ad agendum & administrandum, sicut si administraverit, antequam faciat inventarium, & n. 10.
- 12 Mater tutrix filiorum tenetur inventarium conficere, mox ut creata fuerit tutrix filiorum suorum, neque ad id habet annum, & n. 13. ponitur differentia inter matrem non peccentem tutorem filii sui intra annum: & tutorem administrantem & non facientem & peccentem inventarium.
- 14 Inventarium fieri debet post decretam tutelam, non vero ante.

- 15 Mater tutrix filiorum non conficiens inventarium, quatuor penas incurrit, de quibus hic agitur: Prima est, quod dolo factam presumptionem incurrit, nempe furti, quæ est ligidissima probatio, c. si iuris, unde poterit poni ad torturam, sed hoc ultimum non probat auctor. Secunda pena est, quod in vinculis causam dicitur, Tertia pena est, quod infamiam incurrit. Quarta est, quod per pupillum iuratur in litem contra eam.
- 16 Tutor testamentarius est inventarium conficere tenetur.
- 17 Tutor qui repertorium non fecit, dolo fecisse videtur, & tenetur in id, quod pupillo inter est, quod ex iuramento in litem alimabitur, & n. 18. ubi, quod honorarius usurpator reputabitur, & infamiam subiacet, & in duplum rei non scripte in inventario punitur.
- 19 Tutor non conficiens inventarium, dolo fecisse videtur, sed postquam suscepit administrationem bonorum eius, se immiscuit, poterit accusari, & removeri, ut suspectus, & contra eum dolo presumitur, non tamen incurrit alias penas, nec aliquam potest obici inventario: sed si nihil administravit, licet tardius venerit ad inspectionem inventarii, & ad gerendum, nihil potest ei obici a quocunque.
- 20 Tutor si rationem in debito tempore reddere differat aut neglexerit, etiam si postea eam reddat, ut suspectus est removendus.
- 21 Tutor testamentarius satisfare non tenetur, & ideo ob satisfactionem non præstatam accusari non potest, nec propter omissionem promissionis de faciendo utilitas, & prætermittendo inutilitas, ut in n. 22.
- 23 Tutor vel curator non conficiens inventarium, mox, id est, quam primum possint, potest removeri a iudice ad suspectum.
- 24 In inventario debent omnia sigillatim scribi.
- 25 Inventarium augendum est, si auceantur bona facta inventario.
- 26 Tutor non conficiens inventarium, quando tenetur id conficere, incidit in suspicionem furti rerum minoris potestque subici torturæ, & causam dicit in carceribus, quod etiam procedit de iure canonico, & in clerico tutore, in art. 7. præterea contra eum in litem, n. 113.



ni in n. 27, sed non contra eius heredem, nisi si esset contestata contra defunctum, ut in n. 28. affectus etiam pena infirmie tutor inventarium non conficiendi, ut in n. 29.

30 In inventario non sunt ponenda debita, qua pupillus debet, sed qua ipsi debentur.

31 Inventarium quod sit capitum, licet non perfectum, sufficit ad hoc, ut tutor agere possit.

32 Consuetudo non facienda inventarium excusat.

33 Confuetudo ad hoc ut valeat, an requiratur binus ad ius iudicarius, vel sufficiant extrajudiciales.

34 Inventarium conficiendi, excusat necessaria & iustissima causa.

35 Testator potest specialiter vetare, ne conficiatur inventarium.

36 Quod non tantum procedit in tutore testamentario, sed etiam in legitimo & dativo.

37 Proceat etiam non tantum si testator expresse veruerit confessionem inventarii, sed etiam si eam tacite remittat simpliciter, sed limitatur, quando remissio inventarii esset contra utilitatem pupilli, ut in n. 39. cum sequentibus.

38 Testator quamvis remiserit tutore confessionem inventarii, nihilominus descriptio bonorum fieri debet ad faciliorem probationem, & ne bona barantur.

39 Inventarii remissio facta a testatore est effectus contra utilitatem pupilli, potest inde non sequi eius voluntatem: unde si apparet nova causa, qua non fuisse cognita testatori, quod talis remissio esset damosa minori, cogit tutor & curator per iudicem, ad conficiendum inventarium, ut in n. 40. similiter si adesse sufficio, quod tutor vel curator supprimeat minoris, idem potest iudex facere, & librum rationis conficere mandare, ut in n. 41.

42 Testator non potest remittere confessionem inventarii in preiudicium creditorum.

43 Filius non conficiens inventarium, non preiudicat sibi quoad legata in quarta sibi debita iure natura, & sic in legitima, sicut quoad creditores paternos, & n. 44 quod neque etiam tertie partis meliorationem amittit filius propter non conficiendum inventarium, & n. 45. quomodo hoc intelligatur?

46 Iudex ex causa potest remittere confessionem inventarii, ut in specie hic posita.

47 Tutor potest committere confessionem inventarii, quando pupillus esse inops, ita quod forsan maior esset expensa, quam precium res pupillaris.

48 Inventarii non conficiendi, an sit in hac causa longa litispendentia super excusatione tutelae testamentariae in casu de quo hic.

49 Inventarium factum a tutore vel curatore minorum, an prodest illi, quoad eorum creditores.

50 Minoris heredes existentes alicuius defuncti, inventarium facere tenentur, sed eo omisso duplex eius remedium superest, nempe restitutionis in integrum, & actionis contra negligentes curatores.

51 Inventarium factum ab uxore de bonis maris defuncti cum divisione & partitione facta cum heredibus mariti, sufficit pro ipse, maxime si in capite vel in fine inventarii hoc dictum sit.

52 Inventarium per pupillum, cuiusque tutorem factum, non sufficit pro substituto, sed hic tenetur aliud inventarium facere.

53 Tutor honorarius, vel datus causa notitie, tenetur facere inventarium.

54 Tutor datus ad unum articulum, vel ad adendum hereditatem, inventarium facere non tenetur, licet datus sit, quod illud conficiat, & in eo ponat tantum ius adendum illam hereditatem.

55 Curator ad litem non tenetur facere inventarium.

56 Curator ad litem potest quandocumque revocari, non vero tutor datus pupillo.

57 Tutor vel curator non potest administrare ante inventarium, alius infamia est, & potest ut suspensus revocari, & gressu ab eo, & ante confessionem inventarii sunt ipso iure nulla, ut in n. 58. & contra eos est praesumptio iuris & de iure, & potest iurari in litem, ut ibidem, & n. 59. limitatur in his, qua non modicam dilationem expectare possunt, ea namque administrare possunt ante confessionem inventarii, ut in n. 60. & ea, qua ad commodum pupilli spectant, ut in n. 66.

61 Tutores & curatores possunt vendere fructus minorum, etiam qui biennio non corruptantur ante confessionem inventarii.

62 Tutores vel curatores non tenentur conservare fructum vel vinum minoris in tempore caritatis, sed possunt id vendere in currenti, & communi pretio, nec tenentur mittere in alium locum.

63 Tutor vel curator in rationibus suis ponere debet tempus venditionis, alias in eum praedictum ius spectatur tempus, quo plurimum illum esse vel anno valuit, debet tamen, ut in n. 64. expectare tempus congruum, & vendere iusto pretio, & in loco fieri, & ad utilitatem minoris, & non ad beneplacitum, & secundum suum caput, alias tenetur ad interese.

64 Tutor potest praeforari, & res ponantur in inventario.

65 Tutor vel curator ante decretam administrationem, & confessionem inventarii, potest gerere ea, qua ad commodum pupilli spectant, dummodo nullo modo possint obesse pupillo, sed tantum prodesse, ut in n. 68.

67 Tutores de necessitate tenentur ad finem perducere, qua dilationem non recipiunt.

68 Tutor an ante decretam sibi administrationem a iudice, vel inventarium confectum possit facere pacem nomine pupilli? & numeris sequentibus, resolvitur affirmativo.

69 Minor faciendo pacem, & reconciliando se cum inimico, dicitur lucrari, cum eius interese inimicitia, qua sumit & expensis magnas affert, vitare non autem dicitur aliquid remittere aut perdere, etiam si remittat damna & interese, ut in n. 71.

72 Tutor faciendo pacem pro pupillo, dicitur nihiliter pro eo agere, etiam quod de pupilli bonis aliquid donaret vel damna & interese remitteret, ut in n. 73.

74 Tutor vel curator agens ante inventarium, remouetur, quia non potest agere nec convenire in iudicio, nec extra inventarium non confectum, & quod sit capitum inventarium, non tamen perfectum, n. 77. de stylo curiarum aliud servatur, ut in n. 79.

75 Tutori incumbit onus probandi, si ei opponatur, quod non fecit inventarium.

76 Tutor opponere non potest nullitatem tutelae, propter defectum inventarii, aut aliarum solemnitate, & n. 78.

77 Reo petenti copiam inventarii danda est, quia tantum probetur tutorem esse aliolem: non vero plus.

78 Tutores ante confessionem inventarii tutores sunt, & administrare possunt sub penis legalibus, praeterquam post litem contestatam super susceptione tutelae.

79 Inventarium tutore vel curatore, an fieri debeat in praesentia iudicis, vel eius ius licentia? & resolvitur n. 82.

83 Consuetudo conficiendi inventarium est servanda.

84 Tutores & curatores adimpleti faciendo inventarium, quae improbitatem possunt certum & verum coram tabellione & testibus, etiam sine iudice, licet melius sit, ut id fiat de iudicis licentia, & confectum producat coram iudice cum iuramento, de quo hic.

85 Creditores & legatarii, alii, si a interese putantes, citandi sunt ad inventarium conficiendum per heredes.

86 Debitores minorum, quando possunt conveniri ex inventario ab eorum tutoribus vel curatoribus, confectio deperdit instrumenti originali debet.

87 Tutores & curatores non tenentur apponere in inventario exemplum instrumentorum debitorum minorum, nisi si tamen id solum fecerint, tamen ut eo vis, si opus fuerit, alias pupilli eos in iudicio iurare convenire poterunt, ut in n. 88.

89 Probatio in contrarium admittitur contra inventarium confectum per heredem, sicut contra factum per tutorem vel curatorem.

90 In inventario tutorum & curatorum summa privilegiorum, & instrumentorum minorum describenda est.

91 In inventario tutorum & curatorum instrumenta eorum, qua pupillus debet, non sunt ponenda.

92 Tutor non tenetur ponere in inventario debita pupilli, de quibus in bonis suis non reperitur instrumentum, sed postquam ea exegerit, ponet in inventario, sicut res de novo obvenientes.

93 Tutor vel curator debet describere in inventario bona, qua inveniuntur penes minorem factum, quod si datus ipse tutor, vel curator, & omnes res scribi debent per signa, latera, & confinia, sicut in libello ponentur, ut in n. 94.

95 Aestimatio rerum non requiritur, quod apponatur in inventario.

96 Res, qua in pondere numero, & mensura consistunt, poni debent in inventario secundum suum pondus, numerum & mensuram.

97 Tutor vel administrator non tenetur ponere in inventario id, quod domini non est, sed an res deposita, vel commodata, & sub alienis reperiatur in bonis pupilli tenetur ponere, agitur n. 98.

99 Inventarium debet fieri expensis pupilli.

100 Per tutores & curatores circa appositam in inventario, vel confissa per eos in scriptura privata sibi praedicta, etiam si aliquid protestentur, ut in n. 101. & non admittitur probatio in contrarium, ut in n. 102. sed quid in allegatione erroris, n. 103. resolvitur affirmativo, imo etiam per indirectum probatio admittitur, ut in n. 104. idem in aliis probationibus, qua adversus praesumptionem iuris, & de iure admittuntur, ut confissio adversarii, ut in n. 105. tertio autem descripta in inventario non praesumitur, n. 106. neg. ipsi tutori, vel curatori in immobilibus descriptis in inventario, ut in n. 108.

109 Inventarium hereditatis ad eundem aliud est ab inventario conficiendo per tutores & curatores.

110 Tutores, & curatores in adendum hereditatem minorum, quid videre & considerare debeant.

111 Hereditas infanti delata, & debet adiri per eius patrem vel matrem solum, & quid quando maiori infanti deferatur.

112 Tutor, & curator librum rationis conficere tenentur sub pena non conficiens inventarium: adeo ut etiam si testator remiserit confessionem inventarii, adhuc librum rationis remissio non videatur, ut in n. 113.

114 Praetor & procurator inventarium, & librum rationis conficere tenentur, sicut tutor, & curator.

115 Tutores & curatores confectio in inventario, quid debeant facere?

116 Tutores & curatores etiam diligentiam adhibere debent circa administrationem rerum pupillarum, quam paterfamilias rebus suis bona fide perhibere debet.

117 Tutor non debet sive quodcumque, ad iudicis genus collatum ipsum fraude deperere, & c.

118 Tutor reparare debet sicut testis, ne pupilli fructum pluvium corruptum.

119 Tutor non excusatur, si posuit aliolem communi opinionem reprobam fidelem, & diligentem eodem n. 118.

119 Tutor respicere debet ad ea, & cetera, qua ad sua conservationem restitutionem indigent, colereque praedia, aut locare, prout expedire iudicaverit: & tenetur greges nutrire, & post vendere sive permutare, atque alienare sine decreto, vestes attritas, iumenta minorum necessaria, triticum, vinum, & oleum, atque his similia.

120 Tutor non tenetur mittere triticum & alias res ubi plus valeant, ut ibi vendantur, satis namque est eas vendere ubi existunt: neque tenetur expectare tempus, quo in iusto pretio vendantur, praesertim, cum, si ob multam moram corruptantur, per eam loco quolitoris, sed satis est, si pretio ordinario in loco quolunt, vendantur, utile tamen est, ad venditionis inscribi, alias, & c. ut hic n. 121.

122 Tutor, qui bona fide opus incoatum a parte pupilli perficit, non tenetur.

123 Tutor tenetur administrare bona fidei pupilli, nempe, domum fulcire, agrum curare, debita exagere, & c.

124 Tutor debet bona pupilli recte & fideliter administrare, & non minore curam, assiduum, & diligentiam habere in gubernando & administrando rem pupilli, quam propriam, aliter enim de negligentia, & male administrationis, & in debita consumptis tenetur, & potest contra ipsum iurari in litem de damnis, impensis & interese, nisi esset rusticus grossus, vel rusticus in testamento fuisset sibi relicta liberatio, & omne illud, in quo contingeret condemnari, quia tunc de negligentia & omisit non tenetur, nec potest contra eum iurari in litem: nihilominus tamen tunc reddere debet, quicquid apud eum fuerit de bonis pupilli, & tenetur quoque de dolo, ut in n. 225. & antea liberatio relicta prodest heredi tutoris, n. 126.

127 Tutor & curator imminente periculo in rebus minoris pariter, & ipsius administratoris quas proponere debeat, & salvare, & n. 128. & quid dicendum in dubio, n. 129.

130 Tutor in casu certo, quo non potuit salvare res pupilli, sed suas, non est in culpa.

131 Tutor rem propriam pretiosorem re pupilli vel parem potest salvare, & elictare pupilli, quam salvare non potuit, adhibita diligentia, quia in hac specie locum est gratificationi.

132 Tutor & administrator, qui in eius usum & utilitatem bona minoris converterit, tenetur ipsorum in duplum, & ad damnum & expensas, & interese minoris solvenda.

CAPUT I.

De inventarii & libri rationis confectio.

TUTOR ante omnia conficere debet inventarium de omnibus rebus pupilli, in quo continentur eius privilegia & instrumenta hereditatum minorum, manu tabellionis publici cum iudicis licentia, alias a tutela, ut suspensus remouebitur, nisi iustam causam ostendat impedimenti, & tunc debet sibi precipitum statim sine dilatione inventarium conficere, quo confectio tutor debet sicut rebus pupilli, ne ruant, & colere praedia & pacere pecora: & hoc bona fide & fideliter, ita cavetur ad litteram in leg. 15. n. 16. part. 6.

Inventarium ideo dicitur, quia in eo describuntur repta & inventum bonis pupilli, ut notat gloss. 1. in leg. tut. qui reprobatorum, ff. de administrat. tut. & ibi Bart. n. 10. ad fin. sequitur Procellin. de inventar. cap. 1. n. 1. gloss. etiam in l. tutores, C. de administrat. tut. gloss. in l. fin. versic. factio, C. de arbit. tut. gloss. in ant. de hered. & factio. Si vero absint, vericelo inventarium, collatione prima dicitur intrinseca clausularum, in clausula nihil



novari confessione inventar. penden. n. 66. Capol. in repet. l. si fugitiv. n. 73. C. de ser. fugitiv. & Chassan. in confusua. Burg. rub. 7. §. 13. in vers. pal. le bene fac. n. 1. & probatur n. 1. in prin. ibi: Inventario, in Latin, tanto quere dezir en romance como escriptura que es ficha de los bienes del finado, tit. 6. par. 6. Et in terminis probat nostra l. 15. tit. 16. part. 6. ibi. E esse escripto a tal llaman en Latin inventario, quam legem cum communi sup. d. refert Ayora de partit. l. par. 2. n. 22. pag. mibi 9.

3 Formam autem inventarii, quod debent conficere tutores & curatores, ponit l. 99. tit. 18. part. 3. quae est huiusmodi: Inventario llaman la carta en que deve el guardador fazer escripto de los bienes de los huersanos: & tal escripte base de fax er assi. Sepan quantos esta carta vieren como Garcia Alvarez, Guardador de Rey Fernandez Huersano, hijo que fue do Pero Ruyz, assi como parece por la carta fecha por mano del tal escripto viano publico, que mando e hizo escripto de los bienes que falo en poder del huersano sobre dicho luego que fue dado por su guardador Eprimeramente dixo e otorgo el guardador sobre dicho que falo tantas cosas muebles en los bienes del huersano: e tantos heredamientos de pan, iantas viñas, e tantos olivares, e tantas casias. Diciendo señaladamente e quantos fin, e en que lagara. E otro si, que fallara que avia de recebir de fulano tantos maravedis, e de fulano tantos: de los quales tenia cartas fechas por mano de fulano escripto viano publico. E todas estu cosas, e cada una dellas otorgo que falla ad huersano sobre dicho que las tiene en su poder, e en su guarda, e mando a mi final escripto viano publico ante los testigos que son a qui escriptos que se fizie esta carta publica porque no pudiese naser a nada sobre los bienes del huersano. Substantialia tigitur huius formae observanda sunt, quamvis alias verba mutentur, quae non mutant substantiam & essentiam inventarii, quam leg. Regiam citat, & iure communi comprobat Baec. n. 41. cum segq. in loco statim referendo, & formam inventarii de iure communi ponit Specul. tit. de instrum. editio. §. fin. incip. dicto de impugnatio. num. 9.

5 In textu Regio d. l. 15. tit. 16. par. 6. quem exponimus ibi, a luego que otra cosa se fagan deven fazer escripta de todos los bienes de los moços, &c. Adde, quod nihil omitti debet, etiam si sit minimum, ut cum Alberic. in tutores, C. de adm. str. tunc tence hae. de deci. sus. cap. 2. n. 41. in fin. Simile est, quod in confessione inventarii, nihil ex his, quae apponenda sunt, omitti debet, secundum Bar. n. l. 1. §. silent. ff. de offic. prefec. urb. ut suspecti removebuntur, ex quo dolo omisisse praesumuntur, ut ex aliis probat. Ant. Piag. de tutor. & curat. q. 7. nu. 7. et 2. & refert plures idem sequuntur Baec. d. c. 2. n. 44.

6 Tutor namque, qui in inventario non apposuit omnes res, dolo fecisse videtur, cum omnes res in eo describere debuisset, ita Bart. in Tutor, qui repertorium, n. 15. ff. de adm. str. sus. cuius opinionem sequuntur Abb. conf. 73. n. 6. & 7. lib. 2. Alex. consil. 74. nu. 1. lib. 7. Aymo. Craver. consil. 115. n. 2. in fin. lib. 1. Grat. consil. 25. nu. 6. lib. 2. Mascard. de probat. consil. 521. num. 64. & hos refertur Ioan. Vincentius Honded. consil. 35. num. 24. ubi cum numero sequenti idem probat eadem ratione in heredis inventario, ut per Abb. ubi supra, & Capran. consil. 161. num. 21. cum segq. & Ant. Piag. ubi supra, id limitantes, & nisi ex aliqua legitima causa venient excludandi, ut per l. 1. in tempore, quo conficiuntur inventarium, illae res omisisse, fuissent sibi occultae, quod sublimitur Honded. ubi supra, num. 25. cum segq. in filiis t heredis patris, cum ipso in eadem domo permanentibus, si agatur de mobilibus relictis in hereditate patris, & in eius domo retentis, quia non possunt allegare eorum ignorantiam, sed ratione conditionis scientia praesumitur, ut ibi late probat.

9 Veniunt tutores vel curatores, aut heredes a periculo, de quo supra, si liberentur, aliquid inficientes omittentes apponere & scribere in inventario, optimum est prote-

stari. Quod si aliqua ponenda non ponitur, habeatur pro appositis, ut admonet Baec. d. c. 2. num. 44. adiciens quod haec res ignorantia, alias esse res, proderit, non vero scienti: Sed melior est praxis quod iudicia, nempe, quod confectio inventario pro ducatur coram iudice, & tabellione cum iuramento, quod est certum & verum rerum omnium, quae usque adhuc in notitia conficientis pervenerunt, cum protestatione, quod quoties aliae res ad suam notitiam venerint, eas in inventario describit, hoc autem bona fide fieri debet: alias enim non proderit, praeter incursum perituri.

Sed est dubium, quod intra quod tempus tutores & curatores inventarium conficere debeant, ad hoc, ut suo oneri & obligationi satisfaciant, & respondeant? Text. in d. l. tutores, dicit, mox, quod creati fuerint. Idem inquit nostra l. Regia, ibi, luego, quod quidam intelligunt intra tempus, quod datur heredi, de quo in l. fin. C. de iure delib. cum similib. alii vero dicunt intra quatuor menses.

Vera tamen & communis, & concors ceterorum opinio est, quod tutores tenentur conficere inventarium rerum pupillarium, mox, id est, quamprimum potuerint, quod si non fecerint, dolo fecisse videntur, ut in d. l. tutor qui repertorium, ff. de adm. str. tutor. Atque ita intelligunt dictionem, mox, in proposito, gloss. & omnes Doctores ibidem teste Bart. qui eos sequitur nu. 6. & Baec. d. c. 2. n. 43. Est communis secundum Otiavian. Cache. decisi. Pedemont. 38. sub n. 19. ibi, & communiter Dd. expando, ubi refert Speculator, de tutor. §. generaliter, n. 3. in vers. item fiet inventarium, dicentem, mox ab initio, quam cito potest, puta infra triduum incipit facere, & sequitur Alber. in d. l. tutores, num. 7. ubi Ang. dicit, quod debet incipi & perfici una vice, si est possibile, & praedicta prior sententia est communis, secundum eundem Otiavian. ubi supra, n. 24. ubi n. 25. quod tutores non habent ad conficiendum inventarium tempus ad conficiendum concessum, per heredem videlicet 30. dierum ad incoandum a die adire hereditatis, & sexaginta ad perficiendum, iuxta l. fin. C. de iur. delib. debent statim, cum possint, illud perficere. Eandem etiam sententiam sequitur, & communem profertur Ayora, de partit. l. par. 6. c. 2. n. 14. in vers. per oen el tut. Non igitur est praesertim definitum tempus a iure, quando, & intra quod tempus teneatur tutor vel curator facere inventarium.

Et ideo, si ille tutor, antequam accusaretur suspectus, & administraret, fecerit solemnia non facta, non poterit per hoc accusari postea suspectus, & admittetur ad agendum & administrandum, secus si administravit, antequam faceret inventarium: tunc namque nihil potest obici inventario, sed potest accusari ut suspectus, ita Bart. in l. tutor, qui repertorium, col. 2. num. 7. ff. de adm. str. sus. sequitur plures refertur sic intelligendus Caval. de tut. & cur. n. 20. ubi quod fecus erit, si post querelam factam de removendo eum a tutela ob solemnia non facta voluerit adimplere, & facere, quia tunc non erit audiendus, sed uti suspectus removendus propter ius quaesitum dicto pupillo, & querelanti, ut per Bell. conf. 54. num. 11.

Et procedit praecedens communis sententia etiam in matre tutricum filiorum, quae inventarium teneatur conficere, mox cum creata fuerit eorum tutrix. l. tutrix, la 2. C. de adm. str. sus. diximus supra, c. 1. n. 12. huius secundae partis, non vero ad id habet animum, qui sibi alios a iudice conceditur ad petendum tutorem filius, ex l. sciatis, cum similib. ff. de legitim. sus. Imperatores namque Arcadius & Honorius auctores, d. l. tutores, cum scirent dispositionem dicitur l. sciatis, quibus, maxime cum a Theodosio eorum patre promulgata esset, utique annum confessioni & perfectioni inventarii praesigere scivissent, si voluissent, argumento gloss. penult. in c. si postquam, de electione, in 6. & sextum inc. inter corporalia, de translat. pr. a lat. &

lat. & Lunica, si autem ad deficientia, C. de caduc. tollend. sicuti in petitione tutoris statutum fuit, & tamen non intra annum, sed mox, cum ordinati fuerint tutores, voluerunt, eos curare facere inventarium. Quod & Justin. comprobavit in l. fin. in l. arbi. sus. ubi penes legalibus afficit tutores, si neglexerint conficere inventarium, & eos quasi suspectos ab officio dicit esse removendos, text. etiam in l. be. enim, in ff. de susp. tut. & l. i. §. silent. & ibi Bald. ff. de offic. prefec. urb. Id quod expresse probat l. nostra Regia 15. ibi, & si el guardador, no fiziere tal escripto como esse, puede le toller el juex del lugar la guarda de huersanos e de sus bienes, como a home sospechoso. In his namque iuris nullum tempus est diffinitum ad conficiendum inventarium. Alias n. si mater tutrix haberet ita annum ad conficiendum inventarium, sicut ad petendum tutorem absque in cursu penae alicuius posset differre confessionem inventarii usque ad finem anni, & sic negligere administrationem bonorum, cum ea non possit administrare, nisi prius confectio inventario, ut in d. l. fin. C. arbi. sus. sicut potest differre petitionem tutoris absque eo, quod aliqua mora intra annum ei impetur. Licet itaque detur annus matri ad petendum tutorem filiis, non tamen ad conficiendum inventarium, ubi mater punitur propter dolum praesumptum. Ita in terminis late probat Otiavian. d. c. 2. n. 25. num. 25. cum segq. cuius sententia comprobatur, quia si tutores mox, ut creati fuerint, teneantur facere hoc inventarium, & mater habet a iure annum ad petendum tutorem filiis sub pena privationis eorum hereditatis & successione, si pupillis impubes decesserit, ut in d. l. sciatis, qui, cum similib. consequitur, quod si ipsa mater antea non suscepit tutelam, sed ad finem anni eam suscipiat, non teneatur priusquam creata fuerit tutrix filiorum, inventarium facere, sed postea mox, ut creata fuerit tutrix filiorum. Nec dicitur tunc datus annus ad conficiendum inventarium, sed ad petendum tutorem filiis, intra quem annum ipsa deliberare poterit, utrum velit suscipere tutelam filiorum vel non, sed alium tutorem filiis vellet. Teneatur namque mater intra annum mortis mariti, vel se facere provideri tutricem filiorum, vel eis tutorem petere. Unde praedicta. penam non incurrit, si intra annum fecerit tunc tutricem filiorum suorum provideri, vel eis tutorem petierit alternative, ut constat ex mente & ratione finali iurum in hoc loquentium. Imo post annum tutelam sibi provideri, petere poterit, licet ob non petendum tutorem intra annum incurrat penam d. l. sciatis, qui, cum similib. ut statim dicemus, & mox, ut creata fuerit tutrix, inventarium facere tenebitur, non vero prius, cum tunc non sit tutrix.

Est tamen maxima quaedam differentia inter matrem, non petentem tutorem filiis intra annum, & tutorem administrantem, & non facientem, vel perficientem inventarium de rebus pupillaris: quia mater, licet non petat tutorem intra annum, quamvis praedicta sibi, quod successione pupilli decedentis in pupillari auctoritate, ut in d. l. iuris iuris, non tamen sibi praedicta quoad tutelam, quin possit eam assumere post annum, sibi Bald. in d. l. precibus, col. 5. vers. & scias, num. 21. C. de impub. & aliis sub tit. tutor vero administrans ante confessionem inventarii, potest accusari ut suspectus, ut supra diximus n. 11. Magis igitur in proposito tutelae delinquit, qui non facit inventarium, vel minus perfecte illud facit, quam qui non petit tutorem intra annum, ut expresse dicit Sylvan. in rubr. vidua non nubendum, in vers. 3. limitat Goz. adin. consil. 17. num. 5. & 8. & cum Corneo Otiavian. ubi supra num. 25.

Est quoque haec redditur opinio Bartol. in l. legimos, in princ. num. 7. ff. de leg. sus. dicens, quod licet gloss. ibi ponat decretum primo, tamen ultimum est. Debet enim tutor prius facere inventarium, & alia, quae supra dixerat, quam ei tutelae administratio concedatur, ut in l. fin.

Carb. sus. vel saltem dicit, quod debet fieri in ipso actu, quod decretum interponitur, ut in aut. ut ibi, qui obligatus se perhib. h. b. r. s. min. §. fin. Cum enim tutoris, la. 2. dicit, quod tutores vel curatores mox, quam fuerint ordinati sub praesentia publicorum personarum, inventarium rerum omnium & instrumentorum solemniter facere curabunt, & ibi Salyc. exponit verb. ordinari, id est, sub praesentia publicorum personarum: & l. nostra Regia 15. expresse dicit, quod tutores, qui habent sub tutela orphanos, debent facere inventarium, luego que otra cosa hagan. conficitur manifestissime, quod prius decerni debet eis tutela per iudicem, & postquam sibi fuerit decreta, statim, quamprimum poterunt, teneantur inventarium conficere, non vero ante decretum tutelae, nec in ipso actu decreti. Praxis, etiam in communis tribunalium huius regni, suffragatur huius nostrae sententiae contra Bart. Hoc namque videmus fieri in praxi, nempe ut prius decernatur tutela & cura per iudicem coram tabellione & testibus, & postea fit inventarium, de qua etiam praxi testis est Greg. Lopez. in aut. l. 15. §. 1. & nos quoque laxissime ita fieri vidimus, & de eodem iure practico, quo utitur, testatur quoque Spino in suo Spec. test. gl. 29. n. 41. ad fin.

Neg. oblat. fin. C. arb. tutel. quia ipsa non prohibet administrationem per iudicem verbaliter decerni, sed ipsa realis administratio interdictur ante confessionem inventarii, ut infra dicemus.

Mater t ergo non conficiens inventarium, cum sit tutrix filiorum, sicut infra, & ceteri tutores, de quibus nuncupamus agemus, quatuor penas incurrit. Prima est, quia dolo facta suspicio non incurrit, l. tutor qui repertorium, ff. de adm. str. sus. nempe furti rerum pupillarium, sicut heres inventarium non conficiens incidit in suspicionem furti rerum hereditarium, iure communi ita praesumitur, ut in aut. h. de hered. & sile. h. q. n. cum, col. 1. Quae quidem praesumptio, cum sit iuris, est iudicialissima probatio: iuxta a. gl. in l. sicut, C. de peric. sus. l. licet Imperator, ff. de legat. 1. ita Roman. consil. 18. quoad primam, in 2. dubio, addens, quod mater hoc casu possit non ad torturam, si bona non repetitur, quem ad hoc refert & sequitur Anton. Piag. de tutor. §. curat. cap. 2. num. 10. & Marc. Anton. Eng. consil. 18. num. 47. ubi alios citat. Sed hoc ultimum verum non potest nec tenendum, primum vero sequor, ut cum aliis etiam observavit Baec. de decem. tit. c. 2. n. 55. & 59. Secunda pena est, quod in vinculis causam dicit, licet sit de iure fecus, ita Roman. ubi supra, & Ant. Eugen. ubi supra, & Ant. Piag. etiam ubi supra, sed in hoc etiam reprehenditur Roma. per Hippolyt. de Martil. in sua praet. crimin. in verb. attingam, n. 64. & 85. quem ad hoc refert & sequitur addit. Bartol. Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 6. de censur. & c. in text. ibi, par in venire, n. 12. fol. 21. col. 1. licet Baec. ubi supra, n. 50. teneat, quod tutor, qui non fecerit inventarium, potest poni in vinculis, per l. 3. §. tutores, qui repertorium, ff. de susp. tut. l. Goz. adin. consil. 18. num. 14. Quod in aliis tutoribus verum est, & probatur expresse in d. l. tutores, qui, ceterum in matre tutricem non videtur procedere, quia ipsa etiam ob causam tutelae incarcerationi non potest, cum non teneatur ultra, quam facere potest, ut observatur Marfil. & Chass. ubi supra, & nos late dicimus in l. alio c. Nihilominus tamen ad ius in specie, de qua agimus, non propter dolum praesumptum a iure, & suspicionem facti in matre tutricem filiorum, videtur non confectio inventarium, verius & tenendum videtur, quod mater in hoc casu possit incarcerationi ex dolo proprio, qui ipsi patrocinariorum debet: Est enim delictum & causa criminalis, atque ideo merito, ut incarcerationi pro eo possit. Tertia pena est, quod infamia incurritur. Quarta est, quod per pupillum iuratur in litem contra eam, ut ubi per Roma. plenus habetur, & Chassan. ubi supra, d. n. d. cum segq.



16 Tutores igitur & curatores minorum, ut dividimus, inventarium solemniter facere tenentur omnium rerum suorum minorum & instrumentorum pertinentium ad res pupilli vel adulti, ut in iuribus supra citatis, & praterea in l. q. tit. 1. §. par. 3. & per Jaf. conf. 219. lib. 2. De ca. resp. 15. in 25. vol. 2. congeritios plures Ant. Piag. de tut. & cur. g. 9. n. 6. ubi ampliat etiam in tutore testamentario. Id, quod verissimum est atq; certissimum, & in praxi quotidie observatum est; de mente præcisa omnium tenentur, quod testator potest remittere tutori testamentario confectionem inventarii, Ergo clare præsupponunt, quod alias absq; præd. remissione id tenebatur facere: quicquid aliud velit in tutrice testamentaria Joan. Bapt. Feret. conf. 31. n. 4. in 2. part. quem supra improbavimus. Ad idem super Ant. Piag. ubi supra, quod plures sunt tutores, omnes conficiunt inventarium, si biq; imputet, qui id non confecerit: non enim possunt cogere contutores seu concutores ad dandum sibi copiam, secund. Bar. in l. latus, ff. de adm. m. tut. 17 Tutor autem, qui repertorium non fecit, quod vulgo *inventarium* appellatur, dolo fecisse videtur (ut in matre tutrice prædiximus) nisi forte aliqua necessaria & fortissima causa allegari possit, cur id factum non sit. Si quis igitur dolo inventarium non fecerit, in ea conditione est, ut teneatur in id, quod pupillo interest, quod ex iure jurando in litem altimatur. Nihil itaque gerere ante inventarium factum oportet, nisi id, quod neque modicam dilationem expectare possit. Ita dicitur, *tutor, qui repertorium, in princ. ff. de adm. m. tut.*

18 Quod si tutor inventarium non fecit, vel minus legitime, in dolo esse præsumitur, ac bonorum usurpator reputabitur, ut consulendo tradit Jaf. d. conf. 219. n. 3. cum segg. incip. *materia rationum*, vol. 2. & voluit Bald. in l. fin. in princ. C. de iur. delib. quem refert & sequitur Afflict. decis. Neapol. 13. n. 17. Soc. conf. 46. col. 2. & Dec. consilio 138. col. 1. quos refert & sequitur Roland. à Valle consil. 49. n. 13. vol. 1. dicens, quod etiam poenas infamie, cui ipse tutor subiacet, & alius quibus puniendus erit, tenebitur pupillo, quatenus juraverit in litem, quod etiam voluit Afflict. decis. 207. n. 4. & Bar. consil. 128. cum aliis auctoribus relatis à Caval. de tut. & cur. n. 59. cum segg. ubi etiam, quod puniri debet in duplum rei non dicitur in inventario. Eadem etiam plures allegans probat & tenet Baec. de decim. tut. c. 2. num. 55. cum segg. & Ant. Piag. de tut. & cur. g. 7. n. 10. vers. 4. & Ayora de par. tit. 1. part. c. 2. n. 7. ubi n. 1. idem probat & tenet, quando tutor vel administrator non legitime ut debuit, fecit inventarium, quia omisit in eo apponere aliqua bona vel res qualitatis, vel valoris, vel ita obscure eas posuit, ut pro re certa conveniri non possit, tunc enim contra eum etiam poterit petiti, quod interest, juramento in litem alterius partis probandum, quia tunc humilissimi inventarium pro infecto habetur, l. §. de be. que in testam. delentur, & in l. 2. ff. de his, que pro non scriptis hab. & tenet Bartol. in terminis, in l. d. tutor, qui repertorium, in princ. nu. 21. ff. de adm. m. tut. quem refert sequitur, et sic Ayora. ubi supra. sub d. n. 18. & diximus iam supra.

19 Quod si tutor vel administrator inventarium non fecerit, prout debet de iure tenetur, sed post multum tempus à morte defuncti, & postquam suscepti administrationem bonorum, eisque se immisit, poterit quidem accusari & removeri, ut suspectus, & contra eum doli præsumitur, non tamen incurritur illas poenas tutorum, vel administratorum, non conficiens inventarium, ut supra dicebamus, & praterea ita tenet Ayora ubi supra, n. 16. allegans ad id Spec. in tit. de instrum. edic. §. fin. circa prin. & Bart. in d. l. tut. qui repertorium, in princ. n. 7. qui tamen ita distinguit, quod si tutor nihil administravit, licet tardius venerit ad conficiendum inventarium, & tardius venerit ad gerendum, nihil potest ei ob-

ijci à quocunque: sed si administravit, antequam faceret inventarium, nihil potest obijci inventario, quia tutor est & facere debet, sed potest accusari ut suspectus, quam Bart. opinionem sequitur alios allegans Capicinus decis. 50. num. 2. & 3. & Marcus Anton. Eugen. consil. 19. num. 16. nec non & Mandel. consil. 21. num. 7. & Malval. consil. 113. num. 17.

Ubi idem probatur tutore, quirationem conficere & reddere tenebatur, ut si illum debito tempore reddere neglexerit, etiam si demum illum reddiderit, nihilominus lit. ut suspectus, removens, quia concurrunt eadem ratio, validumq; est argumentum de inventario ad rationis confectionem, ut per Bartolum in l. §. de servit. in 2. lectur. in fin. in verb. ff. de iur. & iur. dist. 1. Socin. consil. 159. & consil. 213. & consil. 190. volum. 2. Roman. consilio 414. in princ. Dec. consil. 178. num. 1. & 2. Roland. à Valle consil. 49. n. 62. lib. 2. Nevizan. consil. 94. in fin. & latissime Plotus in l. si quando, n. 94. C. unde vi, pro eis ad hoc refert, sequitur Malval. d. consil. 113. n. 18.

Sed non idem erit in omissione satisfactionis tutoris testamentarii, quia ipsam prætere non tenetur tutor testamentarius, ut in princ. Inst. de testam. l. cum similit. Ita in terminis dicit M. Anton. Eug. d. consil. 19. num. 17. & 18. estque indubium, & ideo accusari non poterit ut suspectus ex omissione satisfactionis, si quidem illam prætere non tenetur, ut modo dicebamus.

Multoq; magis idem concludendum est de omissione promissionis defensionis utilitatis, & præmittendo inutilitatis, quia non reperitur iure cautum, quod ista omisso operetur nullitatem tutelæ, cum sit promissio modici momenti, ut in terminis affirmat Eugenius ubi supra, numero 19.

Pœna autem tutoris vel curatoris, non conficientis inventarium est, quam prædiximus ex nostra l. Regia: nempe: *Que el yno le puede quitar la guarde de los bienes de sus hijos como a home sospechoso*. Quod alius legibus supra comprobavimus, & tenet Phil. Corneus consil. 175. in præfati consulatione, num. 4. lib. 3. Ant. Piag. de tut. & curat. g. 7. num. 6. & humilioris in vinculis publicis jubentur contineri in l. §. §. tutores, ff. de susp. tut. & ibi Bart. Greg. Lopez. in d. l. §. glo. 2. tit. 15. part. 3. Ant. Piag. de tut. & curat. d. g. 7. num. 10. Mart. d. Ant. Eugen. consil. 19. n. 44. cum segg. Idem est si faciat inventarium, & non omnia bona pupilli in eo scribat. Accusari enim potest ex hoc, ut suspectus, & removeatur à tutela & insuper criminaliter puniatur, l. §. solent, & ibi Bart. eolum. 1. ff. de offic. præfati. in l. in eod. ff. de tut. Dolus enim contra eum præsumitur ex hoc, ut per Jaf. d. consil. 219. num. 3. vers. 2. & Abb. consil. 73. num. 7. 2. part. Baec. de decim. tut. c. 2. n. 44.

Debent etiam omnia sigillatim describi in inventario, dicit l. fin. §. fin. C. arbit. tut. l. c. irotopographus, ff. de adm. m. stratione tutorum. Erit autem optimum consilium ad hoc, ut aliquis infensio bonorum aliquorum ab hoc periculo liberetur: quod prædiximus quo eodem capit. numero 9.

Unde factio in inventario, si bona augeantur, augendum est inventarium, glo. in l. mulier, C. de iure dotium, glo. 1. in fin. in l. tutor, qui repertorium, ff. de adm. m. stratione, tut. & ibi Bart. num. 11. in fin. sequitur plures allegans Baec. d. c. 2. num. 42.

Sed & est alia poena contra tutorem non conficientem inventarium, quia incidit in suspicionem furti rerum minoris, potestq; praterea subijci torturæ & causam dicit in carceribus ( præterquam in matre tutrice filiorum, ut supra dicebamus) & tenet praterea Mar. Anton. Eugen. d. consil. 16. num. 42. cum segg. & Ant. Piag. d. g. 7. num. 10. quod etiam procedit de iure canonico, & in clerico tutore, ut cum Natra consil. 63. visipañilo, nu. 13. lib. 4. tenet Ant. Eugen. ubi supra, n. 51. & 52.

17 Juratur & praterea in litem per majorem effectum contra tutorem, non conficientem inventarium, ad inter esse declarandum per dictum juramentum, in litem ipsius partis, ut supra dicebamus, & praterea tenet plures citans Ant. Eug. ubi supra, n. 52. & Ant. Piag. d. g. 7. sub n. 10. in vers. 4. & 5. Et probatur expresse in l. 6. tit. 11. part. 3. ubi dicitur: *Rebeldes siendo el guaradador de manera que no quisiese dar cuenta ver dador a al huerrano de pnes que fuesse de edado a otro que lo quisiese recibir en moneda del. o no le quisiese entregar sus cartas io non mostrasse le carta del inventario in qui fuesse en escritos a los bienes del huerrano, o no le entregasse las otras cosas que o viesse tendo en guarda por el. o si le fuesse probado que al huerrano menos abara alguna cosa de lo suyo, por culpa o por engano de su guaradador, dezimos que estonce en qualquiera de los casos puede el huerrano dar la jura deste que fue huerrano que jure por quanto no queria aver menos aquella cosa que su guaradador no le queria entregar, o en quando apercia el danno e el menoscabo que recibio por razon del, deue le librar el pleyto por su jura, apreciando cada vna el que guarador e afirmando fasta que quantia nazienda el huerrano que jure*.

Sed præterea heredem tutoris non conficientis inventarium delatio hujus juramenti locum non habet, l. §. & l. alio, & l. fin. C. de inst. iur. expressa l. Regia præfata 6. tit. 11. par. 3. in vers. Si el guaradador se finassse, ubi præfigit formam procedendi in hoc contra heredes tutoris, ubi Gregor. Lop. in gl. herederos, dicit, bene notandum præcicam illius l. & eam limitat, nihil esse contestata cum defuncto. Lite namque non contestata, mortuo reo ob doli præsumtum, prout est doli tutoris, non conficientis inventarium, adversus heredem in litem jurandum non est, ut est ab omnibus receptum, teste Covarr. lib. 2. variat. resolut. cap. 14. num. 5. ad fin. in actionibus, cui frequenterissimo omnium consensu suffragatur esse dicit Curtius Junior, ubi num. 34. refragante auctoritate ejusdem Bart. in l. l. C. de inst. iur.

Similiter etiam tutor inventarium non conficiens, infamia notaficitur, l. fin. C. arbit. tut. Anton. Piag. d. g. 7. num. 10. ad fin.

In inventario autem non sunt ponenda debita, que pupillus debet, sed que ipsi debentur, Bart. in d. l. tut. qui repertorium, sub n. 10. Ar. consil. 143. q. proposita, col. 1. & alios allegans Baec. d. c. 2. num. 52.

Quoad præcedendum autem, non est necessarium, quod tutor inventarium perfecterit. Sufficit namque illud incoasse, secundum Abb. in cap. ex tenore, num. 5. de tempor. ordi. quem ad hoc refert & sequitur Anton. Piag. d. g. 7. num. 10. ad fin.

Superiora etiam dicta de obligatione tutorum & curatorum conficientium inventarium limitantur nunc primo, quando in loco adesse confuetudo non conficientium inventarium, tunc enim illud non conficiens excusabitur, secundum Abb. in cap. ex part. num. 6. de appellat. dicentem, hoc esse admodum singul. dictum, & notabile in præctica, sequitur Armil. aurea in summa, verb. tutor, num. 4. & hoc refert Ant. Piag. de tut. & cur. g. 7. num. 11. Eandem limitationem probavit Crocius consil. 131. facti coningentia, num. 51. & cum eo Mascard. de probat. 3. tom. conclus. 1322. num. 5. & ante eos Specul. de instrum. editione, §. fin. vers. quid sit de consuetudine regionis, num. 8. Cyn. in l. fin. C. arbit. tut. & sequitur Bald. in auth. si cum testator, eolum. 2. vers. alii dicunt. Cad. leg. Falcaid. Ayora de par. tit. 2. par. cap. 2. nu. 11. Et consuetudo per allegantem probanda erit, secundum Crocius & Mascard. ubi supra, num. 6. addentes, quod ad hoc, ut valeat consuetudo, necesse est, quod fuerit obtentum in contradictorio iudicio, iuxta formam, quam ponit Bart. in l. de quibuslibet de legib.

Falluntur etiam in hoc ultimo hi duo auctores.

Nam non est de essentia & valore consuetudinis, quod sit obtenta in contradictorio iudicio: quia licet glo. dicant, requiri actus sententiarum ad inducendam consuetudinem. Quarum opinionem insinuat esse communem Mencha. de successorat. §. 21. num. 11. & videtur ipsam probare in l. 1. tit. 2. part. 1. ubi, dos. 197. 105. Verius tamen est & receptius, scilicet, quod per actum iudiciorum, & non iudiciorum inducatur consuetudo, ut in leg. cum de consuet. ff. de legib. ubi etiam contra aditorio aliquando in iudicio, & c. Dicitio namq; etiam innuit, idem esse etiam extra iudicium. Ita cum communi probat Bart. in d. l. de quibus, nu. 13. tam in lectura quam in repetitione, cuius sententiam dicit etiam communem Paul. Castr. ubi num. 11. & 16. sequitur Jaf. alios allegans ibi n. 51. Et dicit magis communem Orosc. ibi, n. 50. communem quoq; plures allegans teltatur Menc. ubi supra, dicit etiam magis communem Orosc. in d. l. cum de consuetudine, n. 1. & communem profertur etiam Orosc. in l. nam imperator, n. 2. ff. de edic. de legib. Est etiam communis secundum A. vend. in suo dictionario, verb. consuetudo, ad fin. Obicit & ampliat, ut non solum per sententias, ut illa lex dicit, sed etiam per actus extrajudiciales consuetudo inducatur, secundum Orosc. ubi supra, n. 107. & melius Greg. Lopez, in d. l. 5. n. 2. respondet Ayenda, ubi supra, quod non requiritur binum iudicium, ut valeat consuetudo, & habeat esse simplicis consuetudinis, sed ut habeat vim legis, omnino requiritur binum iudicium, ut colligitur ex mente legum Regum, nempe d. l. 5. & l. 6. statim seg. Malecigitur Crocius & Mascard. ubi supra, requirunt ad hoc, ut valeat & excuset tutorem confuetudo non conficientium inventarii, quod fuerit obtenta in contradictorio iudicio: si quidem sufficientia eius extrajudicialia ad eius valorem, iuxta magis communem præfatam sententiam.

Secundo etiam superiora omnia de obligatione tutorum & curatorum conficientium inventarium limitantur, ut non procedat, quando est necessaria & iustissima causa. Hæc namq; bene excusare potest ab inventarii confectione, ut expresse decidit Bart. in l. tut. qui repertorium, in princ. ff. de adm. m. tut. ubi Bartol. n. 17. quærens, quæ sit illa necessaria causa, respondet, posse esse primo in persona tutoris, qui mortuo fontico in peditur, ut in l. quæsumus, de re jud. Est potest etiam esse impedimentum ex parte rei, quia non reperitur adhibita diligens inquisitio, Et quod iusta causa excuset, probatur etiam in nostra lege Reg. 15. ubi: *Pero si el guaradador mostrasse a con derecho por que no pudiese fazer el inventario, non le deuen desfopodar de los huerranos nin de sus bienes: mas deuen le mandar que siga a luego el inventario sin alargamiento ninguno*. Eset etiam iusta causa in proposito, si tempore, quo conficiunt inventarium, res in eo non appolite essent illis occultæ, ut prædiximus supra, hoc cap. in vers. in text. Regio, ubi sublimitavimus, & praxin opportunam adduximus. Similiter quoque iusta causa non facit d. inventarium, excusans tutorem vel curatorem, erit testatoris specialis voluntas in inventario conficienti, l. fin. §. procul dubio, l. fin. Potest igitur testator remittere tutori confectionem inventarii, ex illo §. illo procul dubio, secundum Bartol. in dicta lege tutor, qui repertorium, numer. 18. dicentem, hanc esse iustissimam causam non facientem tutorem inventarium, licet non sit necessaria, tenet idem Bartol. in dicta lege tutor, qui repertorium, & ibi Dd. ff. delegat. 1. Est communis secundum nos, ibidem n. 605. ubi alios citavimus, & secundum Am. Piag. de tut. & curat. g. 7. num. 15.

Que conclusio etiam ampliat, ut non tantum procedat in tutore testamentario, cuius fidem visus est testator approbare, sed etiam in legitimo & dativo, iuxta glo. in d. l. tutor, l. 2. verb. publicæ um, ad fin. Est communis, ut diximus in d. l. nemo potest, n. 406. eamque



sequitur Joan. Orosc. in l. i. num. 26. ff. de offic. praefect. urb. & Anton. Piag. d. num. 12. & Cavale. de iur. & curat. num. 210. ubi citat Bernardum Diaz. de Lug. in reg. 768. & Jul. Clar. in §. respicientum. g. 66. vers. quoad tertium.

Secundo ampliatur, ut procedat non tantum, si testator expresse venerit confessionem inventarii, sed etiam, si eam tacite remittat simpliciter, ut constare videtur ex glossa supra allegata in d. l. teneor. la. 2. & in l. 3. §. tutor. ver. b. non fecerit, ff. de iust. iur. dum gloss. simpliciter dicit, testatorem remittere posse confessionem inventarii, & non exprimit, quod specialiter eam vetat, seu fieri prohibeat. Ita tenet Cyn. in d. §. illo, & est de mente Bartol. in d. l. nemo potest, d. g. 6. princ. & est magis communis opinio secundum Rip. ubi, nu. 85. & secundum Baec. de decim. tur. cap. 2. num. 48. qui eam sequitur, & nos etiam, in d. l. nemo potest, num. 209. eam defendimus a contradictione Joannis Andreæ Salycet. Angol. & aliorum tenentium contrarium, ubi respondimus fundamentis contrariis & praecipue d. l. §. ubi in illis verbis, specialiter inventarium confici veterunt, quia in rei veritate paria sunt dicere, remitto inventarium, vel veto id fieri, argumens. text. in l. si heres veterit, iuxta l. nemo tales, §. Titius, in fin. ff. de condit. & demonst. & quia nihil interest, quibus verbis utatur testator, si de voluntate ejus appareat, ut in l. 2. c. commun. de legat. & in l. 2. c. de firmul. sublat. Et ita est tenendum, tametsi Anton. Piag. de iur. & curat. quest. 7. num. 25. versis, declaratur, cum aliis quos citat, & inter eos Jul. Clar. §. testament, quest. 66. in versis, quoad tertium tenet contrarium.

Quamvis tamen testator remiserit tutore confessionem inventarii, nihilominus debet fieri descriptio bonorum ad faciliorem probationem, & ne bona barentur, ut resolvimus cum aliis pluribus in d. l. leg. nemo potest, num. 41. ubi idem quoque probavimus in patre, qui non tenetur inventarium bonorum filiorum, tanquam legitimus administrator conficere, ut teneatur, praedictam descriptionem facere ex Doctore Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. c. 15. n. 34. & aliis.

Si tamen remissio inventarii facta tutore a testatore esset contra utilitatem pupilli, potest iudex ex hac ratione non sequi testatoris voluntatem, in confirmando, & l. utilitatem, ff. de confir. iur. cum siml. ita Bart. ubi supra. Est communis, ut alios allegans dixi in d. l. leg. nemo potest, num. 416. & Doct. Molin. lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 28. num. 16. & Molin. Theolog. lib. 1. de iust. & iur. col. 1377. in versis, utrum.

Unde si appareat nova causa, quae non fuisse cognita testatori, quod scilicet talis remissio esset damnofa minori, cogi possit tutor & curator per iudicem ad inventarium conficiendum, secundum Franciscum Arer. consil. 22. diligenter & mature, post num. 5. Deci. consil. 349. quoad in praesenti, num. 6. & hos referentem Anton. Piag. de iur. & curat. g. 7. num. 16.

Similiter tamen admittit suspicio, quod tutor vel curator superprimeret res minoris, possit iudex ex officio, non obstante praedicta remissione testatoris, eum cogere ad conficiendum inventarium, & librum rationis pro utilitate pupilli vel adulti, Bald. in l. fin. C. arbit. tur. Angel. consil. 112. quest. 7. & sequitur Anton. Piag. ubi supra num. 18. & plures allegans Cavale. de iur. & curat. num. 210.

Denique tertia non valeret remissio confessionis inventarii in praedictum creditorem: ea namque non obstante inventarium fieri debet, secundum Bald. in l. final. §. cum igitur, C. de iur. delib. secus esset, si solummodo legatarius praedictum affertret: hac namque non esset causa legitima ad impediendum voluntatem testatoris, cum illis potuerit non legare, ut cum Paul. Castren. & Alexandro probat Anton. Piagius dicit, quaestione 7. numero 17.

Hinc est etiam, t ut filius non conficiens inventarium, non praedicti sibi quoad legata, in quarta sibi debita iure naturae, & sic quoad legitimam: secus quoad creditores paterni: illis namque integre filius non conficiens inventarium satisfacere tenetur, quia eas alienum hereditatem consumit: bona namque hereditas non dicuntur, nisi deducto et ab alieno, l. sub signatum, §. bona cum concordant, ff. de verborum significat. & in terminis ista tenet gloss. in l. fin. §. si autem, qui est penultimus, verbo, sacramento, C. de iure delib. quam etiam Oldradus, quem ibi refert Alberic. reprehendat, eam tamen ceteris approbatur, ex quibus Alexand. num. 4. Cornueus in fin. verbis, §. num. 2. testantur illius gloss. opinionem esse communiter approbatam, & sequuntur communiter omnes, secundum Ayoram de part. 1. part. cap. 2. num. 23. estque similis gloss. in authent. de hered. & Falc. §. si vero non fecerit, verbo, non lucrari, collat. l. ubi etiam sequuntur omnes. Gloss. etiam communiter ibi recepta, in authent. sed cum testator, verbo excedant, C. ad legem Falcid. quae glossae omnium consensu sunt receptae, secundum Doffor. Covarr. qui plures citat in cap. si heredes, nu. 9. de testament. & communem proficitur, plures etiam confertur Padilla in authent. hoc amplius, num. 19. C. de fideicommissi, ubi etiam gloss. verbo, naturae, in fine, idem Padilla in l. 3. num. 31. C. de iur. & facti, ignorat. Communem etiam contra alios dicit Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus, in 7. ampliat. num. 18. C. de iust. testam. ubi num. 19. dubitat, an hodie ea procedat attentat. fori, praecipiente: omnia bona patris esse legitimam filiorum, excepto quinto, nam possent filii fraudare legatarios, non faciendo inventarium. Idem ipse inquit, quod si ipsa esset iudex, recurreret ad conjecturas, quas ibi refert. Ego vero filium vel filios non conficientes inventarium, vel id conficientes ultra quintum inter extraneos, & ultra tertium & quintum inter descendentes, legatis invitato non oneratum, nec condonatum, iuxta leges clarissimas huius Regni, nisi legitime constare de fraude, & occultatione bonorum. Et ultra omnes supradictos, eandem sententiam glossarum communem, & magis communem, atque receptiorem plurimos allegans, affirmat, latissime eam comprobans, & respondens fundamentis contrariis Octavian. Cachera. decisioe Petremon. 30. num. 6. cum sequentibus usque in fin. decisio, ubi in ultimis verbis inquit, sententiam consensu legum esse creditorem hanc sententiam, videlicet, legitimam non amitti, & sic contraria de iure forte sit verior, sed communis sententia longe verior est, & sequenda est, secundum Mencha. qui eam bene probat de success. testat. §. 8. num. 15. ad fin.

Et pro hac receptiore & tenenda sententia adducitur per Doctores textus optimus in authent. de hered. & Falc. §. penult. versis, non autem excepimus. Nam in proximo §. si vero non fecerit, dicitur, quod si heres in inventarium non confecerit, in solidum teneatur legatarius & creditoribus, deinde subsequitur d. §. non autem excepimus, ubi si patronus inventarium non fecerit, nihilominus legitimam sibi debitam in bonis liberi non amittit. Ergo multo minus debet filius amittere debitum iure naturae, magis enim debita est legitima filiis in bonis parentum, quam patrono in bonis liberi, cum hac iure positivo, illa vero iure naturae debeatur, ut notatur in l. si quis libertum, §. final. ubi gloss. in fin. ff. ad leg. Cornel. de iur. & curat. Fix igitur ex his, ut textus in d. §. penult. maxime faciat pro hac communiori sententia, quamvis cum evertere contendat Raphael in d. authent. sed cum testator, ne eam probet, sed bene respondet eius subtili ponderationi Octavian. ubi supra, d. decisio 30. numero 7. per totum. Quod si aliqui ex supra citatis indistincte loquantur, dicentes, quod filius non conficiens inventarium, non praedicti sibi quoad legitimam

sibi debitam iure naturae, intelligenda sunt juxta praefatam distinctionem, nempe, quoad legata: secus quoad alienum defuncti debitum creditoribus suis, ut constat ex cottis, quas allegat, & praeterea in terminis ita nuncupatim observavit Ayora ubi supra. Et ita est procul dubio tenendum cum praedicta magis communi sententia.

Quamvis contrariam sententiam, imo, quod filius non conficiens inventarium indistincte privetur sua legitima, teneat glossa in d. authent. de hered. & Falc. §. si quis autem non implet, in verbo, auferri, & Oldrad. in d. l. fin. C. de iure delib. quem ibi refert Alber. in §. fin. autem dubius, & idem Oldrad. ad consil. 154. num. 4. Salycet. in d. l. final. §. si quis autem teneat, in num. 31. & in d. authent. sed cum testator, nu. 6. & alii plures relati per Octavian. d. decisio 30. num. 4. dicentes eam in puncto juris esse veriorum, cujus fundamenta refert ibidem Octavian. a num. 11. cum sequentibus, sed eis respondet idem auctor, num. 7. cum sequentibus, licet in finalibus verbis illius decisionis sentiat forte de iure esse veriorum hanc sententiam ejusque fundamenta refert etiam Mencha. d. decisio §. 8. num. 15. in princ. ubi late eam fundat. Sed nihilominus communis contraria verior est, & tenenda in praxi per supra dicta, & praecipue attentio iure nostro Regio, per l. 8. titulo 10. partita 6. ad fin. ubi, si fueras ende si alguno de ellos fuesse hijo del testador, ca este tal non deve perder la su legitima parte que los hijos deven aver en los bienes del padre por razon de la naturaleza. sed quia lex illa loquitur in filio non adimplente voluntatem patris sui defuncti, hoc est non solvete legata ab eo in suo testamento relicta, allego aliam legem Regiam in terminis propriis loquentem, nempe, in filio non conficiente inventarium, nempe lege 7. titulo 11. partita 6. ubi si por ventura el inventario non viesse hecho entonces non podrian sacar falcidias, fueras ende si los herederos fuesse de los que descienden, e si ben por la linea derecha de los favorecidos de los testamentos, ca estos tales deven aver en los bienes del padre deudo ben en los bienes del padre naturalmente.

Eadem ratione exillimit Segur. & eum referens Padilla in d. authent. hoc amplius, num. 20. neque tertiae partis meliorationem amissurum filium propter non confectum inventarium.

Sed videtur, quod supra dicta magis communis sententia & resolutio sit nullius effectus. Siquidem eam intelligunt Doctores, ita ut quamvis non confectio inventario legitima minuat legata, ista legata sic diminuta per legitimam, praetari debeant solida, etiam si excedant vires patrimonii, ita Ricardus de malumbre, Cyn. & Bart. in d. authent. sed cum testator, num. 11. & Paul. Bald. & Angel. in l. §. cum, §. penult. C. de iure delib. Cornueus in eadem l. §. si vero, & consil. 180. vol. 4. Bald. in l. 1. num. 3. C. de bon. aucto. jud. possid. Suarez ubi in d. authent. ampliat. 7. ad fin. Gregor. Lopez. in d. l. 7. tit. 11. part. 6. in gl. legitima, & Mencha. ubi supra, num. 16. & hoc frequentissime dicunt Bart. & ceteri Doctores secundum Doct. Covarr. in d. c. si heredes, num. 9. ubi eam Bartoli & ceterorum opinionem declarat, quo pacto intelligenda sit: & tandem inquit necessario dicendum esse, illius heredem ex legatis posse portionem legitimam deducere, atque ita legata per hanc deductionem diminuta solvitur: tunc tamen non poterit certo sciri, an haec legatorum solutio vires hereditarias exsuperet, tametsi hoc videatur opinioni Cyn. Bart. & Doctorum aliquo ex parte refragari. Respondemus igitur praedictam Cyn. & Bart. & ceterorum aelationem veram non esse, nec procedere posse ullo pacto, stante praedicta magis communi sententia & resolutione, quam diximus esse in praxi tenendam. Alias enim per indirectum filius non conficiens inventarium, privaretur re ipsa sua legitima, vel parte ipsius, si semel deducta integra ex legatis, postea legata solida teneretur

solvere ipsis legatariis, etiam si excederet vires patrimonii. Quod minime est dicendum. Ascendendum est ergo, praedictam declarationem, & intellectum Cyn. Bart. & ceterorum esse directo contra praedictam magis communem resolutionem, & sic ipsos tenuisse in effectu opinionem & sententiam Oldradi, & ceterorum, quos supra contra praedictam receptiorem sententiam retulimus & rejecimus, prout nunc quoque rejecimus.

Quod certius efficitur iure nostro Regio: Regia siquidem d. l. 7. tit. 11. part. 6. ita communem & receptiorem praefatam opinionem probat, ut seclusa Bartoli & ceterorum declaratione, filius heres legitimam portionem prius, quam legata deducat, ex bonis, quae constituerit in patris hereditate eo mortuo remansisse: nec legata solvere tenebitur, nisi quantum possit deducta legitima solvi ex bonis hereditariis, ea siquidem l. statuit aperte filium heredem non confecto inventario legitimam portionem posse deducere, eo modo, quo heres conficiens inventarium falcidiam a legatis deducit, ita D. Covarr. ubi supra, in versis, Regia vero l. cujus observationem libentissime probo, ut pote l. regia expresse approbata rejecta d. declarat. Cyn. Bart. & sequacium.

Recedendo t igitur ad propositum (a quo aliquantulum digressi sumus) sed non inutiliter, nempe iuxta l. 8. titulo 10. partita 6. ad fin. ubi, si fueras ende si alguno de ellos fuesse hijo del testador, ca este tal non deve perder la su legitima parte que los hijos deven aver en los bienes del padre por razon de la naturaleza. sed quia lex illa loquitur in filio non adimplente voluntatem patris sui defuncti, hoc est non solvete legata ab eo in suo testamento relicta, allego aliam legem Regiam in terminis propriis loquentem, nempe, in filio non conficiente inventarium, nempe lege 7. titulo 11. partita 6. ubi si por ventura el inventario non viesse hecho entonces non podrian sacar falcidias, fueras ende si los herederos fuesse de los que descienden, e si ben por la linea derecha de los favorecidos de los testamentos, ca estos tales deven aver en los bienes del padre deudo ben en los bienes del padre naturalmente.

Potest etiam mitti t confectio inventarii a tutore, quando pupillus effect inops, ita quod forsitan major esset expensa, quam precium reipupillaribus, Bart. in l. Mediterranea, num. 3. C. de annon. & trib. lib. 11. & Alber. in l. tutores, la 2. C. de administrat. tutor. & Corsetus verbo, expensa, num. 3. Abb. in cap. de appellat. iudicibus, quos refert & sequitur Baeca de decimis tutorum, cap. 2. in princ. adde Boer. decisioe 124. num. 16. & Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 72. num. 8. & Traga. de iudic. in reb. exig. ferend. versis, 65. & Petrus Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 56. num. 101.

Non tamen erit iusta causa non conficiens inventarium longa litis pendencia, super excusatione tutelae testamentariae, cum tamen ipsi tutores testamento dati a patre communiter fratribus impuberibus per traditionem mentes a morte patris administraverint bona communia, tametsi allegetur nomine proprio administrasse: adhuc namque debeant conficere inventarium, & librum rationis, alias irabatur in litem contra eos, ex d. l. tutor qui reperitur. Ita tamen conclusum in facti contententia per maiorem partem dominorum de consilio Neapolitano, recte Math. de Afflict. decisioe 360. per totam praecipue, ad fin. cum taxatione moderatione fienda per dictum consilium antequam iuraretur. Nam post iuramentum taxari non potest, quia redargueretur per iurium, ut in authent. sed non iure, C. de iudic. & notat Bart. in l. videamus, §. iurare, ff. de in lit. iurand.

Ex supra dictis t venit decidenda quaestio illa, an inventarium factum a tutore vel curatore minorum, prodest illis quoad eorum creditores, hoc est, ut excusetur ab onere conficiens inventarium, quod eis incumbit, tanquam heredes patris vel matris, ita, etiam si ipsi minores aliud inventarium per se non fecerint intra tempora a iure praesentia, non teneantur ultra vires hereditarias creditoribus patris, vel matris praedicti, licet ipsi creditores contrarium praetendant: afferentes verum esse, minores tamen quam



heredes inventarium confecisse, siquidem factum a tutore, vel curatore confectum fuerit pro se, & ratione officii sui quoad minores, non vero pro minoribus, quoad suos creditores: Duplex siquidem vinculum, atque obligatio hic diversa concurrunt, una ex parte tutoris, vel curatoris quoad suos minores, de qua in l. tutor, qui reperi- torium, in princ. cum similib. ff. de admistr. tut. altera heredu- rum, quoad creditores hereditarios, de qua in l. si per to- tam, C. de iur. deliber. Cum ergo sint quoad diversas per- sonas, & quoad diversos effectus, videtur, quod imple- mentum unius, alteram non absolvat, neque consumat: Secundo, quia si aliud dicemus, sequeretur in eadem, quod inventarium honorum minorum factum ab eorum tu- tore, vel curatore, posset suis minoribus nocere, si forte minores aliunde haberent bona, quam ab hereditate pa- tris, vel matris: omnia siquidem tenetur tutor, vel cura- tor inventario a se conficendo describere. ut supra late observavimus, & creditores hereditarii contenderent omnia praedicta bona, utpote hereditaria sibi esse obliga- ta, cum tamen verum sit, bona minorum aliunde qua- sita, quam ab hereditate parentis, non esse obnoxia credi- toribus hereditariis parentis: & durum vel difficile es- set minoribus probare diversitatem patrimoniorum, sicque contingere posset, ut quamvis hereditatem parentis ad- vererint cum beneficio inventarii, ob illud non confectum, de solis bonis hereditariis, sed permixtum cum aliis teneretur creditoribus hereditariis parentis ultra vires hereditarias, quod est contra naturam, effectum, & beneficium inventarii, ut patet. Ergo inventarium con- fectum a tutore vel curatore, pro se, quoad suos mino- res, non relevat ab altera obligatione, qua ipsi tanquam heredes parentis tenentur conficere inventarium.

His tamen non obstantibus contrarium resolvendum est in isto puncto, & sic pro parte affirmativa in fa- vorem minorum, ut eis sufficiat, quoad creditores here- ditarios inventarium confectum a suis administratori- bus cum solemnitatibus utriusque inventarii, ut non te- neantur ultra vires hereditarias: hocque procul dubio est, quando ipsi minores auctoritate tutorum vel curatorum inventarium conficiunt, quia tunc verum est utrosque pro suis obligationibus inventarium conficere: Idemque est, si tutor vel curator pro se, & suis minoribus in- ventarium confecerit, ut patet.

Quod autem majorem dubitationem habere vide- batur, est, quando tutor vel curator nomine tantum pro- prio, vel simpliciter inventarium conficiat, cum in dubio id praesumatur facere ratione officii, & obligatione ipsi- us quoad suos minores, non vero pro ipsis minoribus quoad suos creditores hereditarios parentis praedefuncti, nihilominus tamen in hac specie idem probamus ex se- quentibus fundamentis.

Primo ex textu in d. l. tutor, qui reperi torium in princ. ff. de admistr. tut. ubi habetur, (ut non semel diximus) quod tutor excubatur a confectioe in- ventarii ex aliqua iusta causa: sed quae causa, quae po- test esse iustior in proposito in favorem minorum here- dum: quam quod invenerint inventarium solemne confectum a suis tutoribus vel curatoribus? Non igitur tenentur aliud inventarium conficere, nisi bona postea creverint.

Secundo, quia inventarium fit, ut heres non subtra- hat bona defuncti, de quibus tenetur solvere debita & le- gata, ut in aut. de hered. & Falcid. §. scimus, cum similib. collat. i. Sed ultra ratio cessat in hoc casu, cum consistit here- dem nihil subtraxisse de hereditate, sed omnia bona hereditaria, quae defunctus reliquit tempore mortis tutorem vel curatorem heredum in inventario solemni descripsisse, cum consensu & approbatione saltem tacita, vel praesumpta hereditatis, ergo cessare debet l. dispositio, nem- pe l. fin. C. de iur. deliber. ut in e. cum cessante de appel. cu sim.

Tertio, quia per istud inventarium a tutore vel cura- tore factum, magis satisfieri videtur intentioni legis vo- lentis heredem inventarium conficere teneri, quam per inventarium ipsius heredis factum solum de bonis here- ditariis defuncti. Nam in primo inventario ponuntur omnia bona minorum, tam quae habuerunt a parente defuncto, quam aliunde: in secundo vero inventario, quod heres facere debuit & tenetur, solum contineri debebant atque describi bona hereditaria ipsius defun- cti, quae obvenerunt minoribus, ut hereditas eorum pa- rentis, non vero bona aliunde sibi ante aequisita: pleni- us ergo videtur satisfactum juris obligationi, & menti per primum inventarium, quam per secundum. Credi- tores igitur hereditarii conquiri minime possunt de om- misione secundi inventarii, cum plenius exuberans habeant primum pro satisfactione & exactioe suorum debitorum: aut saltem omnium bonorum defun- cti, si forte minores alia bona non acquirerint, vel ha- buerint: ex aliis hereditis, vel donatione avorum, vel aliorum consanguineorum. Non igitur poterunt praedi- cti creditores, ut huiusmodi heredes ultra vires here- ditarias in solidum condemnentur, ob non confectum inventarium petere: siquidem tutores vel cura- tores illud solemne, & aequivalens, aut forte plenius con- fecerint.

Quarto, quia inventarium hoc a tutore vel curatore confectum non solum pro se, & sua obligatione quoad minores confectum conferri debet, sed & merito etiam pro minoribus suis, quoad suos creditores, & sic pro u- traque obligatione adimplenda, siquidem, ut tutor, vel curator id confecerit, & sic etiam pro minoribus, eor- umque obligatione, quia tutor, & curator ipsorum est, eorumque personas, & bona & iura tueri, atque curare debeat, ipsique sint minores sub potestate administrato- ris constituti, & ignorant, quod facere debeant, & te- neantur. Merito ergo quod eis non incumbat alterum inventarium conficere, sed quod potius praesumendum sit, etiam in dubio tutorem, vel curatorem suum in- ventarium, etiam eorum nomine confecisse, cum ad id quo- que ratione officii tenetur, ne minores ultra vires here- ditarias conveniantur, & sic fecisse inventarium omni meliori modo & forma, quo teneretur, & utilis suis minoribus esset, censendum est, cum juraverit eorum u- tilitatem prius, quam sibi tutela vel cura decerneretur, & alias ob suam negligentiam ob hoc a minoribus con- veniri posset, ut expresse probat text. in aut. de hered. & Falcid. §. pupillis.

Quibus sit, ut hanc nostram sententiam sic, ut supra, fundata esse existimemus, ac tenendam. Non obstat pri- mum fundamentum priori parte allegatum, quia iam ex supra dictis diluitur: neque etiam secundum, quoniam in inventario bonorum minoris, quod conficit tutor vel auror, signanter describi possunt & debent, quae pa- rentis defunctus ipsius reliquit tempore obitus sui, & quae minor aliunde acquirit. Quod si permixte & confuse omnia simul describantur, onerabitur minor onere probandi, quae fuerint parentum, & quae aliunde. Non vero erit ideo condemnandus, ut debita parentum sol- vat ultra vires hereditarias, quod aliud inventarium non fecerit tanquam heres, ultra confectum a suo administra- tore. Quod si adhuc ob confusionem patrimonii parentum condemnatur, id culpa tutoris vel curatoris non distinguens adscribetur, praeterquam, quod raro, aut nunquam continget casus hic.

Et haec quidem procedunt, quando creditores sua debita petent contra heredes iam effectus majores 25. annorum, & ultra tempora petendi restitutionem in integrum ad conficiendum inventarium, quo casu sin- gularia, & perquam utilia sunt pro defendendis ipsis hereditibus a praed. petitione creditorum.

Ceterum si impetantur durante minore aetate, vel tempore ad petendam restitutionem in integrum non dum elapso (dato, sed non concessio) quod non suffice- ret inventarium confectum a tutore vel curatore, nisi aliud ipsi heredes confecissent (quod negamus) ut patet ex supradictis, sufficienter tamen eis remanebit ad hoc, ut omnino exculetur ad praedicta particulari con- fectioe inventarii, de qua supra, nempe ut habeant bene- ficium restitutionis in integrum ob non confectum praedictum inventarium.

Licet enim omnis persona, quae sit heres instituta, teneatur facere inventarium ad hoc, ut ultra vires here- ditarias ad debita defuncti solvenda non teneatur, ut in aut. de hered. & Falcid. §. quia vero duplex, & ideo etiam pupillus, & minores ad id tenentur: remanet tamen duplex subsidium, nempe restitutionis in inte- gram, & actionis contra negligentes curatores, qui eis de damno subsequuto tenentur, eo quod non confecerint inventarium, ut in §. pupillis autem, d. authentic. de her. & Falcid. & optime Molin. Theol. i. par. de iust. & iur. disp. 217. col. 1338. per totam. Quomodo ex eo textu comprobatur nostra praecedens sententia, nempe ut inventarium solum tutoris vel curatoris sufficiat: siquidem eo confecto non possunt tutores vel curatores negli- gentes fuisse in hoc dicit, cum tamen textus ille fundetur in negligentia curatorum. Ipsi ergo non negli- gentibus non est opus ipsis hereditibus aliquo remedio, nec lesi dici possunt, cum curatores inventarium con- fecerint, & ideo heredes non tenebuntur ultra vires hereditarias in praemissa specie.

Ex supradictis comprobanda venit opinio Ayorae de part. i. par. cap. 2. num. 21. & 22. tenentis, sufficere heredi pro inventario id, quod uxor fecit de bonis ma- ritii defuncti cum divisione & partitione facta cum heredi- bus mariti: maxime si in capite vel sine eius dixisset tu- tor, vel heres, quod illa bona ponebat pro inventario minoris vel heredis, cum hoc sit plenius inventarium, quam illud, quod communiter faciunt heredes, & so- lum in nomine differant, non vero in effectu. Quam opinionem alij etiam fundamentis probat, idemque esse dicit in inventario facto a marito de bonis mul- leris, quamvis ejus filij non faciant aliud inventa- rium.

Inventarium tamen per pupillum, eiusque tuto- rum factum, non sufficit pro substituto, sed substitutus tenetur aliud inventarium facere, alias tenebitur ad sol- lida debita, & legata defuncti, ita tenet Barr. in l. ratione, §. quod vulgo, in versio. venio ad quaestionem, ff. ad legem Falcid. cuius sententiam late probat Ayora ubi supra, rationem differentiam constituentem inter hunc casum & casum praecedentem.

Tutor tamen honorarius, vel datus causa notitia, de quibus supra egimus, tenetur facere inventarium, quia d. l. tutor qui reperi torium, ff. de admistr. tut. indefi- nite loquitur in omnibus, & quia potest eis solvi, & habet communionem in tutela, ita gloss. in verbo, fecisse videtur, in d. l. tutor qui reperi torium, quam sequitur Bart. ibidem num. 3.

Tutor tamen datus ad unum articulum, vel ad ade- undam hereditatem, inventarium facere non tenetur, licet tutius sit, quod illud conficiat, & in inventario tan- tum ponat ius adeundi illam hereditatem, ut cum Cyno tenet Bart. in d. l. tutor qui reperi torium, num. 4. sequitur Carol. Molinens in consue. Parisien. tit. 1. §. 6. gloss. 6. nu. & alios allegans Baeza de decem. tit. cap. 17. n. 9. Ant. Prag. de iur. & cur. quast. 17. n. 14.

Tutor tamen vel curator ad lites, non tenetur face- re inventarium, Bart. in d. l. tutor qui reperi torium, n. 5. Et hoc verum saltem de consuetudine, quia nihil recipi- tur, ita Specul. in tit. de actor. n. 8. & ibi Bald. in addit. gloss. tit. 16. par. 6.

Da. in l. de creationibus, C. de episcop. aud. sequitur plures referens Baeza de decem. tit. 6. n. 17. n. 16. & Ant. Prag. de iur. & cur. qu. 7. n. 13. & ante eos tenuit Cassian. in consue. Bur- rubr. 7. §. 13. n. 6. ad fin. in versum quod autem sub verbo, pro beneficio, de inventario.

Potest tamen curator ad litem quoad onducing: re- vocari, non vero tutor datus pupillo, ubi Bart. & Alber. in l. curator, C. qui dar. curat. poss. Alber. in rubr. ff. de pro- curat. n. 3. Baeza d. c. 19. n. 19.

Rursus tamen inventarii confectio adeo est necessaria, ut ante inventarium administrare tutor vel curator non possit, & si administret, infamis est, & veluti suspectus revocari potest, d. l. tutor qui reperi torium, in princip. ff. de admistr. tut. tutorum, text. in l. fin. §. illud procul dubio, C. de arbit. iur.

Imo tamen ea gesta ante confectum inventarium sunt ipso iure nulla & invalida, ut ex dictis variis probat Prosper Farinac. in suis quaestionibus crimin. 1. tom. tit. de accu- sation. quast. 15. n. 59. fol. 124. col. 3. ubi quod ita tenent communiter Dd. prout etiam de communi accellatur Socin. Jun. consil. 22. li. 2. & alij quamplures ibi ab eo relati, & per Ant. Prag. de iur. & cur. quast. 7. n. 7. & probat l. Regia 15. tit. 16. par. 6. ibi; Calvoco ante que otra cosa fagan, & in versio. Es el guardador noz, etc. vale scripto como este pue- dele toller el juez, del lugar la guarda de los buenanos, e de sus bienes como a homo sospechoso. Tradit etiam supradicta Molin. Theolog. i. par. de iust. & iur. disp. 223. col. 1378. addens, quod si sine iusta causa res administrarent ante confectum inventarium, praesumatur dolo eos in- ventarium non fecisse, & tenentur minori, quantum sua in- tererat inventarium esse confectum, atque adversus eos iuratur in litem ab eo, quia rationem administrationis tamen illis exigit, sive sit alius tutor aut curator, sive minor iam omnino sui iuris effectus, sive quicunque alius, qui in eis bonis succedit, aut rationem exigere debet, ut habe- tur in d. l. tutor qui reperi torium, in princ. unctis gloss. ibi, ff. de admistr. tut.

Et tamen praesumptio est iuris, & de iure, secun- dum Bald. in d. ult. §. ult. numer. 7. in gloss. violenta, & ibi Salys. in fin. C. arbit. iur. quos refert & sequitur Menoch. lib. 6. praesum. 97. n. 11. ubi quod alius ex causis tutor vel curator suspectus non afficitur poena infamiae, imo nec removetur ab administratione, sed ei datur adiun- ctus, nisi ob manifestum dolum suspectus sit, secundum Bald. ubi supra.

Ea tamen, quae non modicam dilationem expecta- re possunt, tutor vel curator ante inventarii confectio- nem administrare potest, text. in d. l. tutor qui reperi torium, in fin. princ. quod & Dd. ubi 3. tenentur, & Molin. Theolog. ubi supra. Nec ex consil. 17. numer. 33. Bero. quast. 68. Rolan. a Valle consil. 30. num. 15. cum seqq. vol. 3. Farin. ubi supra, num. 60. vers. 2. Ant. Prag. de iur. & cur. quast. 7. num. 7. Vbi tamen ex eo inferit, quod fructus ante confectio- nem inventarii vendere possunt tutores, secundum Bart. Bald. Angel. & Alexan. & ceteros Dd. in l. procuratorem, C. de procuratorib. Et quod hoc procedit etiam in fru- ctibus, qui biennio non corrumpuntur, secundum Dd. in l. fin. ff. de iur. & curat. qui facti non ad, in quibus vendendis non requiritur aliter iudicis decretum, se- cundum Bald. in l. ianctimus, §. omnem, in princ. C. de admistr. tut. nec tenentur conservare frumentum, vel vinum minoris in tempus caritatis, sed possunt ven- dere occurrenti & communi pretio, nec tenentur mite- rere in alium locum, l. fin. §. fin. & ibi Bart. C. de admistr. tut. Quod Salycet. tibi dicit cordi tenendum, & debet secundum eum tutor in rationibus suis ponere tempus venditionis, alias in eius praedictum inspicitur tem- pus venditionis, quo plurimum in illo mense vel anno valuit, utrumque sequitur Gregor. Lopez. in l. 15. gloss. fin. tit. 16. par. 6.



64 Debet tamen expectare tempus congruum, & vendicium pro pretio, & in loco fori, & ad utilitatem minoris, & non ad beneplacitum, & secundum suum caput alias ad interesse erit obligatus, ut alios allegans concludit *Cavale. de tut. & cur. n. 117.*

Potest etiam tutor perferatari res pupillares, ut ponatur in inventario, *Bartol. in d. l. tutor. qui repertorium. num. 27. ff. de administratione tutorum, Romanus consil. 106. column. final. Baeca de decimis tutor. cap. 2. n. 57.*

65 Similiter etiam tutor vel curator ante decretam administrationem & confessionem inventarii potest gerere ea, quae ad commodum pupilli spectant, *Bartol. in l. legitimos. num. 9. ff. de legitimis tutor. per tex. in l. fin. C. de tutor. & curator. qui satis non dedit. Guid. Pape decis. seu quest. 330. numer. 6. Bover. decis. 124. numer. 19. ubi idem de tempore periturus, Baeca alios allegans d. e. 2. num. 57. & D. Spino in suo spec. testam. gloss. 29. num. 37. & 38. & Farinac. ubi supra. n. 60. & Anton. Piag. de tutor. & curator. quest. 7. n. 7. et. vers. & quidem generaliter. Vbi t addit, quod de necessitate tenentur tutores ea ad finem perducere, quae dilationem non recipiunt, secundum *Carol. Regin. consil. 108. v. 10. in strum. n. 13. lib. 1.* Hanc tamen limitationem velim intelligatis de his, quae nullo modo possunt obesse, sed prodesse tantum, ut declarat *Bartol. in d. l. tutor. qui repertorium. in princ. numer. 27. ubi idem puto, idem Bartol. in d. l. legitimos, numer. 9. & probat Anton. Piag. ubi supra.**

69 Ex t. supradictis decidenda venit questio illa satis difficilis, an tutor ante decretam sibi administrationem a iudice, vel inventarium confectum, possit facere pacem nomine pupilli sui? Et quod non possit, & pax ab eo in praedicta specie facta valida non sit, probatur ex regula communi, de qua supra, quae habet, quod tutor ante decretam administrationem & inventaris confessionem bona pupilli administrare non possit, in doloque ob non confessionem inventarii presumat, & ab eo propterea gesta nulla & invalida sunt ipse iure: Quo fundamento iuxta hanc partem in terminis consuluerunt *Tobias Nonius consil. crim. d. vers. D. d. 152. n. 10. Lud. Sen. Paris. consil. crim. 155. num. 6. lib. 1. nec dissentit Clar. in praed. crim. quest. 58. sub vers. quare an tutor. prope fin.*

70 Nihilominus tamen contraria in hoc sententia vultor & tenenda est. Primo, quia regula praefata omnis, qua fundatur praecedens opinio negativa, non procedit in actu ipsi pupillo utili (prout est pax.) ut supra probavimus. Secundo, quia eadem regula limitatur in his, quae dilationem non recipiunt, ut etiam praediximus: Quod autem minor faciendo pacem & reconciliando se cum inimico dicatur lucrari, cum eius interit inimicitias, quae suntum & expensas magnas afferunt vitare, non autem dicatur aliquid remittere aut perdere, probatur in *l. furti, §. pen. ff. de his qui not. infam. & in l. sepulchri, ff. de sepulch. violat. & in l. minoribus viginti quinque annorum, ff. de minoribus l. creditor. §. l. ff. mandat. l. praedicti, cu ibi notatis, C. de tran. salt. & tenet plures allegans *Farinac. d. quest. 15. num. 11. ubi id late probat, quod nec etiam dici potest laetis minor faciendo pacem, ut pluribus comprobatur Spiritus Oddus in suo tractat. de in integrum restitutione. part. 2. quest. 75. artic. 7. num. 46. cum sequentibus. Quintimo t. licet in pace aliquando minor remittat damna, & interesse, non tamen pro hoc diceretur inutiliter agere. Nam quies, salus animae, inimicitiarum, & expensarum expulsi, quae minor ex pace consequitur, sunt multo maioris utilitatis, importantis, & ponderis, quam amissio illius parvae pecuniae, quam pro damnis, & interesse remittit, si ea non remississet, consequutus fuisset, & propterea multo verius est, pacem dici minori utilem etiam quod damna, & interesse remittat, ut probat *Farinac. ubi supra, n. 26.***

Hinc t. ergo est, quod tutor faciendo pacem pro pupillo, dicitur utiliter pro eo agere, etiam quod de pupilli bonis aliquid donaret ad verfori, seu alteri, secundum eundem *Farinac. d. num. 26. & latius alios allegant, ibidem d. num. 57.*

Nec etiam minor ad verfori pacem restituitur, ut cum communis plures allegans tenet *Farinacius, ubi supra, n. 30. etiam si damna & interesse remiserit, secundum eundem Farinacium d. l. n. 29. & n. 30. ad finem.*

73 Quod t. autem pax sit talis, quod dilationem non recipiat, patet, quia donec minor stetit obstinatus in non faciendo pacem, & semper mansisset illa pacis in odio & rancore, & propterea incurrisset pericula, penas, & censuras, de quibus in cap. placuit, go. dicit & tenet *Farinacius, ubi supra, n. 60.* Tertio principaliter haec nostra sententia principalis affirmativa probatur, quia ratio, quare tutor ante inventarii confessionem a iure est interdictus bonorum administratio, ea communiter per Doctores recipitur, quia scilicet praesumitur in dolo, & ideo uti suspectus removeri potest, ut praediximus. Et ita etiam affirmat *Farinacius d. l. quest. 15. sub d. l. n. 60.* Sed haec doli praesumptio in actu pacis, quae semper pupillo affert utilitatem, prorfus cessat. Ergo cessante causa prohibitionis, debet etiam cessare & ipsa prohibitio, per iura vulgaria. Quare merito in terminis hanc secundam partem defendit *Collegium Maceraten. consil. criminal. 150. numer. 62. cum sequentibus, & Ludovicus de Alfer. consil. criminal. 151. numer. 39. cum sequentibus. eodem lib. 1. & Carav. super rris magna curia 275. numer. 23. cum sequentibus. ubi aliarationibus eam bene comprobat, prout eos refert. & sequitur *Farinac. ubi supra, d. num. 60.**

Tutor t. praeterea, vel curator agens ante inventarium, remouetur, quia non potest agere, nec conveniri in iudicio, nec extra inventario non confectio, sicut tenet *Corn. consil. 207. videtur prima facie, post numer. 4. lib. 3. & alios allegans Baeca de decimis tutor. cap. 2. num. 59. & Anton. Piag. de tutor. & curator. quest. 7. n. 7. et. 1. & aliter iudicium factum est nullum, ut plures allegans refert *Cavale. anem de tutoribus & curatoribus, numer. 23. & 57.**

75 Vnde t. si opponatur tutori, quod non fecit inventarium: necessitas probandi incumbit ipsi tutori: defectus namque inventarii facit, ut ipse non habeat legitimam personam standi in iudicio, in l. fin. §. illo procul dubio, C. arbitrat. tutor. & in d. l. tutor. qui repertorium, in princ. ff. de administratione tutorum, in nota la fin. in l. in illa stipulatione, num. 13. versicul. quarto ultra, ff. de verborum obligation. & Angel. in l. hoc iure, numer. 2. versicul. item sub d. i. ff. eodem rituulo, Salycetus in l. 2. sub num. 10. versicul. ego puto, super d. hio praedicti, C. de iure emphiteutic. Imol. in d. l. hoc iure, sub num. 3. in versicul. item sub d. i. Bartolus, & Alexander in d. l. in illa, num. 11. versicul. item in quantum tangit, & ibi Aretin. num. 3. versicul. tertio addit, Antonius de Butrio in cap. super hio, numer. 30. versicul. idem dicit, si accuso te tutorem, ff. de accusacionibus, Ioannes Igneus in l. necessarios, §. non alias, numer. 196. ff. ad Sillanannum, Baeca de decimis tutorum, cap. 2. numer. 60. Patian. de probationibus, libro 1. capitul. 51. numero 66. folio 183. colum. 3. & 4. Debet itaque tutor agens nomine tutorio docere de tutela & inventario, licet reus non possit ipsum impugnare, sicut in Praelatis, qui agunt ut Praelatis, debent docere de institutione, vel possessione, ut dicit *Ioan. Faber in lib. non utiliter, C. de eo qui pro tutore negotia gessit, quem ad hoc refert & sequitur *Cassan. in consuetud. Burg. rub. d. §. 6. in rex. ibi, per inventayre, numer. 7. fol. mibi 221. & quamvis Bart. in d. l. in illa stipulatione, n. 3. & in vers. & idem siego accipio, videatur aliter hanc materiam**

74 riam intellexisse, dicens; quod si accuso tutorem de suspecto, qui non fecit inventarium, tunc cum talis accusatio fit ad commodum pupilli, cui hoc est debium, tutor debet probare, se fecisse inventarium. Sed si ad meam utilitatem, oppono tutori contra me agenti, quod non debet audiri, quia non fecit inventarium, tunc dicit esse magnum dubium, cui in tali casu incumbat onus probandi, an tutori, an exceptienti. Unde concludit ad effugiendam huiusmodi dubitationem potius esse, ut exceptio proponatur in hunc modum; *Peto copiam mihi dari, quae mihi omnino danda est, alias repellatur ad iudicio.*

76 Communitur tamen Doctores (teste *Patiano, ubi supra, num. 67.*) etiam in hoc ultimo casu concludunt, ut tutori incumbat onus probandi, se fecisse inventarium, cum talis exceptio respiciat legitimationem suae personae, quam tenetur quilibet legitimare in quoque iudicio, sive plenario, sive iuratorio, ut tradit *Marsilius in l. si quis ne quaestio, nu. 5. & 31. ff. de quaestionibus & Roland. a Valle consil. 48. c. 1. in princ. vol. 1. id quod de iure verissimum censetur Nam cum confectio inventarii sit facti, non praesumitur, nisi probetur, *Grat. consil. 9. num. 17. in 1. part.**

77 Tutor t. autem non potest opponere nullitatem tutelae propter defectum inventarii, aut aliter non solemnitatum, ut probat *Mandel. consil. 21. numer. 1. cum sequentibus.*

78 Superiora t. adeo procedunt, quod antequam inventarium sit perfectum, licet captum lit, tutor vel curator agere non potest, *Bar. in d. l. tutor qui repertorium. in princ. n. 22. ff. de administratione tutorum. Philop. Corn. consil. 207. l. i. a. C. verifico item peccat, vol. 3. Ant. de Butrio in cap. ex literarum, n. 5. de tempor. ord. vers. qui refert & sequitur Baeca de decim. tut. cap. 2. n. 61. Sed ego potius credo in hoc contrarium, ut voluit *Specul. in tit. de tut. §. generaliter, n. 2. in vers. quid si capsi, ubi, argumento contra, dum remanent in hac sententia, quamvis Bar. ubi supra cum videtur pro sua in princ. d. vers. quid si capsi, ubi eam vitare fundare, sed postea remanet cum hac nostra opinione, quem in ea sequitur *Abb. in d. c. ex literarum, n. 5. & secure Ant. Piag. de tut. & cur. quest. 7. n. 10. ad fin. ibi, quoad agendum tamen. Reo t. autem petenti copiam inventarii danda est, ut sibi consistat de legitimatione personae actoris, non tamen ponatur in hac copia omnes res positae in inventario, sed tantum fides fiet, quo modo talis tutor vel curator, tali die, mense, & anno incepit facere inventarium publicum suorum minorum fidiorum talis defuncti, ex bonis ad eos pertinentibus, idque perfecit tali die, mense, & anno, vel alias ita tamen ut consistat, actorem habere legitimam personam standi in iudicio, ut constat ex doctrina *Bart. in d. l. tutor qui repertorium. in princ. num. 24. ff. de administrat. tutor. ubi quod copia totius inventarii non est petenti edenda, sed ea sola pars, quae possit probare ipsum esse tutorem, & habere legitimam personam, Patianus de probat. lib. 1. cap. 66. num. 4. fol. 126. & refert plures Baeca de decim. tut. 62. ubi quod hoc verum esse intelligit parte hoc petente alias secus (ut praediximus) ex *Bart. in l. i. ff. de curat. bon. dand. Et satis est praestare initium & finem inventarii, D. Spino in suo spec. testam. gloss. 29. num. 40. Nec etiam, si reus convenit petat copiam totius inventarii, qui intendit accusare tutorem de suspecto, ei danda est omnino, sed in forma praedicta secundum *Bartol. ubi supra, num. 27. qui bene hoc probat, sequuntur alii allegati per Cavalecan. detur. & curat. num. 63. quamvis ipse ibi, num. 46. velit contrarium.******

79 Haec t. quamvis sita de iure sint recte constituta, de stylo curiarum tolerantur gesta tutorum in iudiciis, & extra, pro contra pupillos, posito, quod non consistat de confessione inventarii, teste *Guido, Pap. quest. Delphi*

330. numer. 3. Quod & in his Castellae Regnis quotidie observari videmus, nempe ut ex sola tutela vel curae instrumenti authentici productione, abique inventario, nec sibi ipsius agant, & conveniantur in iudicio tutores & curatores, atque ipsi admittuntur, & iuxta merita causae principalis lites deciduntur, non obstante allegatione defectus partis legitime. Solum namque attenditur & consideratur, cur sint tutores, vel curatores decreti, non vero cur inventarium confecerint necne? Et merito quidem, quia hoc spectat, in idque tendit, ut tutores vel curatores inventarium non conscienties remouentur ut suspecti, & ut contra eos in litem iurari possit, ut in d. l. tutor qui repertorium, in princ. ff. de administratione tutorum, & in nostra l. Regia, 15. tit. 16. part. 6.

Interim t. iugiter tutores iunt & administrare possunt sub praedictis poenis legalibus, ut in d. l. fin. §. fin. C. arbitrat. tut. & docet *nuncupatum Bart. in d. l. tutor qui repertorium in princ. n. 7. in vers. dico ergo, Capis, alios allegans decis. 30. n. 2. praeterquam postlicet contestatum super suspicione tutoris, quia non potest deinceps administrare, licet ante litem praedictam contestatum debeat administrare, ita *Angel. in l. quod si forte, §. sunt quidam, ff. de solut. dicens, ita fuisse obtentum Perulii per dictum singulare Azonis in summa, de suspic. tut. & firmavit Ioan. de Imol. in d. §. sunt quidam, & Aret. in §. si quis autem, Instit. de suspic. tut. sequitur *Math. de Assis. decis. Neap. 137. numer. 5. dicens, secundum hanc opinionem Ang. fuisse iudicatum, nisi mater, de qua ibi antelitem contestatam transisset ad secunda vota, & ideo desit esse tutrix, & ipse mater reliquit tutelam, & Assis. refert, & sequitur *Lancelotus de attentat. 2. part. cap. 9. de attentat. lit. pend. declarat. 4. n. 34. pag. 150. col. 2.****

In t. eadem l. Regia, 15. ibi, con otorgamiento de luez del logaridem probat, 2. tit. 17. lib. 3. fori, & tenuit glossa in l. tutor, qui repertorium, ff. de administratione tutorum, dicens, quod inventarium debet fieri in praesentia iudicis. Glossa etiam in l. tutor, d. 2. verba, publicum, C. de administratione tutor. & sequitur *Angel. in tract. de invent. num. 1. Idem in d. l. tutor, num. 1. facit eadem l. tutor, ubi in praesentia publicum per clarum, & in l. nonnulli, §. cum autem, C. de episcop. & cleric. & in l. de creatiombus, C. de episcop. audient. ubi Episcopus, quitenet locum heredis, coram iudice tenetur inventarium facere. Idem tenet *Cavalecan. de tutor. & curator. n. 58. ubi quod debet fieri per publicum instrumentum coram iudice cum eius decreto, & quod debet esse parum, liquidum, & clarum.**

Sed non esse necessariam praesentiam iudicis, nec eius licentiam probatur videtur in *l. op. tit. 13. part. 3. ubi ponitur forma instrumenti inventarii conficiendi a tutoribus & curatoribus, & tamen de praesentia, seu licentia nulla ibi fit mentio, sed tantum tabellionis publici & testium: Idem in inventario hereditum probat text. in l. fin. C. de iure delib. ibi, sub praesentia tabulariorum, & c. & in auth. de hered. & Falec. collat. 1. Ergo non debemus aliam solemnitatem quaerere, quam lex non desideravit. Et ita merito *Cyn. in d. l. tutor, n. 2. n. 4. quem sequuntur alii Dd. dicit, communiter servari, quod inventarium hoc tutorum fiat tantum coram tabellione, idem observari de conductu d. nempe quod sufficiat fieri coram notario, dicit glossa *Montalvan d. l. 2. tit. 7. lib. 3. fori, verbo, el alcalde in fin. quem refert & sequitur Baeca de decim. tutor. cap. 2. n. 52. ad fin. Eber etiam in d. l. tutor, la 2. C. de administrat. tut. dicit, sufficere, quod fiat coram notario: Erit moribus receptum est, teste *Cassan. in consuetud. Burg. rub. d. §. 4. verbo, separare, numer. 8. & Math. de Assis. in consil. Sicil. incipit, minoribus, in n. quest. 1. notab. ubi dicit, quod saltem debet fieri manu publica, quos refert Baeca, ubi supra, n. 51. & tenentiam *Cassan. ubi supra, rub. d. §. 6. n. 3.*****



82 Et consuetudo conficiendi inventarium est servanda, ut late probat Iuan. Vno. Hond. conf. 13, per tot. & cum aliis Caslan. ubi supra rubr. 7. §. 12. verbo, Por beneficio de inventario, n. 4. Quid tenendum?

83 Vera resolutio est, quod quantum ad tutorem vel curatorem obligandum, sufficit inventarium fieri extra iudicium coram tabellione & testibus: sed quantum ad hoc, ut faciat fidem contra eos, quorum nomina in inventario describuntur, requiritur, quod fiat coram iudice ut in d. l. chirographis, ff. de administr. tut. Ita distinxit relictissime Bart. in d. l. tutor, qui reperiuntur, n. 9. ff. de administr. tut. & tenuit ante eum Cyn. ubi supra & sequitur Porcellin. de inventar. c. 2. n. 9. Vital. de Camban. tract. claus. in part. nihil novari inventariis confessione pend. n. 75. cum segg. Greg. Lopez. in d. l. 15. vers. Con otorgamiento del juez del lugar, & in d. l. 99. gloss. ad fin. ubi etiam, quod ad hoc, ut faciat fidem contra debitores pupilli, citandi sunt ipsi debitores per iudicem: Eandem distinctionem sequitur & communem proficitur Pet. Duen. in reg. 187. n. 15. vers. in qua questione sic communiter distinguitur, & sufficit unus notarius iuxta gl. & ita communiter observatur, teste Bart. in d. l. tutor, qui reperiuntur, in princ. n. 8.

84 Ex quibus communi distinctione primo deducitur, quod tutores vel curatores adimplent faciendo inventarium bonorum suorum minorum certum & verum quam primum possint coram tabellione & testibus etiam sine iudice. Et ita in praxi observatur secundum Spinum, in suo spec. testament. gloss. 29. n. 38. Consultus tamen erit, quod id consistat de iudicis licentia, & per se factum coram eo producat cum iuramento; Quos cetero le alij veradadero segun Dios las ha dado e tender, y que protejan que cada y quando que a su noticia viniere tener otros bienes, el menor, o menores los por nã en el dicho inventario. Quamvis hoc non sit necessarium, ut per Gregor. Lopez. in d. l. 99. in gloss. i. ibi & ut hic vides, licet Spino ubi supra dicat, observari in praxi, quod inventarium debeat presentari coram iudice cum iuramento, quod omnia contenta in eo sunt vera, & solum illa bona, & non alia reperiuntur pupilli, ut resolvit Angel. in tract. de invent. n. 11. & in l. n. c. 4. de administr. tutorum.

85 De inventario conficiendo per heredes nunc non agimus, quoniam non est nostra materia. Ad illud enim conficiendum sunt citandi creditores & legatarii, alijque sua interesse putantes, ut habetur in d. l. fin. cum gloss. verbo, ceterarum, & per D. abid. & Octavian. in decis. Pedemont. 179. n. 2. & §. 10. ubi quid de absentibus à loco, in quo fit inventarium.

86 Secundo deducitur ex prædicta communi distinctione, quod ex inventario factio coram iudice per tutores & curatores, in quo auctoritate ipsius iudicis, & cum citatione ad hoc specialis debitorum, scribitur exemplum instrumentorum debitorum minoris, possunt ipsi debitores conveniri, si forsitan deperditum sit instrumentum debiti originale, ut probat d. l. chirographis, in dicta gloss. i. ibi, respondeo auctoritate iudicis fut publicatum, gloss. eadem. n. ad fin. in authent. si quis in aliquo, C. de edend. quam sequitur Bart. ibi, in tertia oppositione, idem Bart. in d. l. tutor, qui reperiuntur, in princ. n. 16. Et est communis secundum Decium ibi n. 9. & Curt. lun. n. 14. qui requirunt partis citationem, & cum illis gloss. est communis opinio, secundum Padill. in d. l. 3. n. 1. C. de divers. rescript. ubi n. segg. latissime de citatione agit.

Hoc tamen ego verum esse intelligo, quoties late describeretur in inventario substantia instrumenti originalis, licet non ad litteram. Nam alias si breviter & mance atque imperfecte mentio fieret prædicti instrumenti, quo modo ex eo conveniri posset debitor? Imo tunc potius deleriverat ad memoriam prædictæ descriptionis,

& ad faciendam alias executionem, & rationem reddendam, quam ad probationem contra ipsos debitores.

87 Non tamen tenentur tutores vel curatores hanc descriptionem & exemplum instrumentorum debitorum suorum minorum apponi facere ipsi inventario, neque in praxi id observatur, ut patet ex d. l. 99. tit. 12. part. 3. ibi; E otros que fallara a que avia de recibir de fulano tantos maravedis, e de fulano tantos, de los quales tema cartas fechas per mano de fulano escrivano publico. Et in terminis ita tenet Bart. in d. l. tutor, qui reperiuntur, n. 16. dicens, quod ita observatur.

88 Si tamen tutores vel curatores sponte id fecerint, solemniter iuxta formam prædictæ legis, chirographis, his debitorum incendio exultis, cum ex inventario tutores convenire eos possent ad solvendam pecuniam, aut ad novationem faciendam cogere, cum idem circa proprios debitores propter eandem causam fecissent, & id omisissent circa debitores pupillorum, si quid propter hanc eorum cessationem pupilli damnum contraxerunt, iudicio tutelæ consequuntur, si probatum fuerit eos tutores hoc per dolum vel culpam prætermississe, & præstari hoc ab eis debet. Hic est casus principalis dictæ legis chirographis, in princ. ff. de administratione tutorum.

89 Inventarium tamen tutorum & curatorum in hoc differt ab inventario heredis, quia contra inventarium factum per heredem admittitur probatio in contrarium, d. l. fin. §. licentia, Cod. de iure delib. ubi est mirabilis modus per text. gloss. & Dd. probandi negativam & per alios Dd. alibi: Sed contra inventarium, quod fit per curatorem adulti, vel tutorem pupilli non admittitur probatio, in contrarium, ut notatur in l. fin. C. arbit. tutor. Item differant, quia in inventario, quod fit per heredem, non inferuntur tenores instrumentorum, sed solum designantur, sed in inventario tutoris sic, ut in d. l. chirographis, cum gloss. in Caslan. in consue. Burgund. rubr. 7. §. 4. in text. ibi; per beneficio de inventario, n. 7. fol. mibi 280. ad fin. Hæc tamen secunda differentia intelligenda, & temperanda est iuxta superiora, in ver. vera resolutio, & in ver. non tamen tenentur.

90 In eadem l. 15. tit. 12. part. 6. ibi; e en tales escripturas como esia deven ser traslada das todas las privilegios e las cartas das de las heredades de los moços. Non intelligas, quod ad hoc, ut tutor gerere, aut administrare possit, requiratur ista descriptio in inventario de verbo ad verbum: quia sufficit, quod summam & effectum instrumenti, ut supra diximus, de instrumentis debitorum pupilli, sed quantum ad hoc, ut si periret instrumentum privilegij per inventarium probari possit: tunc namq; neq; necessarium est totum privilegium in instrumento describi, & debent citari illi, quibus præiudicari possit auctoritate iudicis competentis, & nunc cupiatis ad illam exemplationem faciendam, ut in terminis tenet Bart. in d. l. tutor, qui reperiuntur, in princ. n. 16. dicens ita observari, quem sequitur Gregor. Lopez. in d. l. 15. in gloss. traslados, ad fin.

91 Instrumenta tamen, per quæ probatur, pupillum debitorem esse, non sunt ponenda in inventario, licet possit tutor, si vellet, ea apponere, Bart. & Salys. in d. l. tut. la 2. C. de administr. tut. idem Bart. in d. l. tutor, qui reperiuntur, n. 10. ibi, primo, ubi quod debita à pupillo aliis tutor non tenetur ponere in inventario, quia illorum ius non est pupilli: potest tamen si vult ponere, sequitur Greg. Lopez. in d. l. 15. in gl. de las heredades. Baeca alioi allegans, de decimis tut. cap. 2. n. 27.

92 Quinimo t conclusit Bart. ibid. quod si sunt aliqua debita ipsi pupillo, de quibus in bonis suis non reperitur instrumentum, tutor non tenetur ea ponere in inventario, antequam exigat, sed postquam exegerit, sic

ut res de novo obvenientes, ut in l. fin. §. talis, C. de curis furis, sequitur Greg. Lopez. in d. l. 99. in gloss. de tantas cosas, post princ.

ut res de novo obvenientes, ut in l. fin. §. talis, C. de curis furis, sequitur Greg. Lopez. in d. l. 99. in gloss. de tantas cosas, post princ.

93 Debet igitur tutor vel curator describere in inventario bona, quæ invenit penes minorem, ita quod fuit datus ipsius tutor vel curator, inquit dicta lex 99. ibi; E viz. o escrivir este inventario de los bienes q. fallo en poder del buen fano sobre dicho luego que fue dado por su guardador, tit. 12. part. 3. Non ergo tenetur asserere rem esse pupilli, sed quod invenit in hereditate pupilli, ut ibi ex ea lege observavit Greg. Lop. in gl. que fallo en poder, & tenet Bart. in d. l. tutor, qui reperiuntur, in pr. sub n. 12. ibi; dico etiam, quod tutor debet scribere, se invenisse in bonis d. l. pupilli, in dicta 12. præmissa Barto, quod res debent scribi in inventario taliter, quod tutor ex illo inventario possit conveniri, ut in l. fin. in pr. C. de arbit.

94 Ex quo ipse inquit, quod omnes res debent scribi per signa, per latera & confinia, sicut in libello poneretur, quod probare videtur dicta lex 99. ibi; Deziendo senneladamente quantos son, e que inguris, & ibi Gregor. Lopez. in gl. tantas cosas, post princ.

95 Neq; t requiritur, quod in inventario ponatur æstimatio rerum, prout de consuetudine afferit esse Salys. in l. fin. C. de magistr. conveniend. licet malè pro pupillis & contra d. l. fi. ubi notat Bart. & hanc opinionem Salys. sequitur Greg. Lopez. in d. l. 99. in gl. tantas cosas, quamvis contrarium iure probet D. Spino in suo spec. testament. gloss. 29. n. 39. ubi quod non solum, quidditas & substantia, sed quantitas & æstimatio est ponenda, ut fraudibus obvietur, quæ defalcis possent perpetrari & committi, subrogando loco rei æstimationis dignæ, rem vilem & futilem, arg. d. l. fin. C. de magistr. conveniend. & Cavalcan. de iur. & curat. num. 11. Nihilominus tamen de consuetudine contrarium servatur, secundum Salys. & Greg. Lopez. ubi supra.

96 Nisi t in rebus, quæ pondere, numero, vel mensura constant, quæ quidem ad hoc, ut in inventario describantur, prius ponderantur, numerantur, & metiuntur, vel pondus certum, & numerico perfecta, & mensura clara ponatur, non tamen taxatur earum valor.

97 Nec t tenetur administrator ponere in inventario, id, quod domini non est, secundum Bald. in l. i. §. solent, ff. de offic. pref. urb. In contrarium tamen facit, quod heres tenetur ponere in inventario etiam res depositas, & commodatas, ut tenet Ang. Imol. Paul. de Castros, & Alexand. in l. fidei, §. 1. ff. de acquir. possessione, quos in hoc citat Greg. Lopez. in d. l. 99. in gloss. tantas cosas, dicens videndum per Bart. in d. l. tutor, qui reperiuntur, col. 2. in vers. quaro, quid sit tutor, & est in numero. 14. ubi quaerens, quid sit tutor dicit in inventario, quod credit esse tales res dicti pupilli, & ad eam pertinere, respondet, quod inventarium sit de eo, quod invenitur. Si ergo inventarium clare dicit id, quod spectat ad inventionem, vel quod possessionem vel ipsam rem invenit in bonis, scilicet est, nec putat, quod tutor habeat necesse, asserere de dominio ipsius rei, cum hoc non subiciatur inventioni de facili proprie loquendo. Ex prædictis ergo patet, Bart. voluisse, quod tutor sive administrator tenetur ponere in inventario, quod invenit in bonis pupilli, non adiciendo aliquid de dominio.

98 Vnde t circa opinionem præmissam Baldi & ceterorum prius adductam observandum erit meo iudicio, quod tutor, sive administrator tenetur ponere in inventario omnia, quæ penes minorem invenit, ut inquit d. l. 99. & d. l. tutor, la 2. C. de administr. tut. & in d. l. tutor, qui reperiuntur, in princ. cum similib. Vnde tenetur scribere in inventario res depositas, & commodatas, & sic alienas repositas in bonis pupilli, nisi constaret ita notorie alienas esse, & sine aliquo iure eas detinere pupillum, ut nulla tergiversatione negari possit: tunc

enim veritati standum censo. In dubio autem ponere ea tenetur in inventario iuxta præmissa, & qui dixerit, illas res suas esse, tenentur id probare.

99 Inventarium tamen debet fieri expensis pupilli, ut cum sfern. dicit esse probabile Baeca de decimis tut. cap. 2. n. 46. & Cavalcan. de iur. & cur. n. 62. in princ. Non enim officium suum debet esse alicui damnosum, nisi qui ex signatoribus, quem admodum, testam. apertam. officiumque tutelæ est civile, & personale, tabella, §. 1. ff. de excusat. tut. & qui subit officium civile & personale, non debet erogare de suo, d. fin. §. personale, ff. de mun. & hon.

100 Rursus t in hac materia inventarij conficiendi per tutores & curatores, obliviscitur non oportet, textus in l. fin. vers. fin. autem, C. arbit. tut. ubi probatur, quod si tutor vel curator in inventario publice factio, respupilli, vel adulti inscripserit, & ipse per huiusmodi scripturam confessus fuerit, ampliore quantitate substantiæ non esse, aliud inscribendum, nisi hoc quod inscripserit, & secundum vires eiusdem scripturæ, patrimonium pupilli, vel adulti exigit. Nec enim sic homo simplex (imò magis stultus) invenitur, ut & in publico inventario scribi contra se aliquid patiat: Idem probatur, l. 120. tit. 18. part. 3.

101 Et t licet tutor vel curator faciat protestationem, quod si quæ apposit non ponenda, vult habere pro non apposis, ita protestatio nihil operatur, Bart. in l. i. §. solent, ff. de offic. pref. urb. Bald. in l. fin. C. arbit. tut. & eos referens sequitur Gregor. Lopez. in d. l. 120. in gloss. i. tenent etiam Bart. in d. l. tutor, qui reperiuntur, in princ. n. 23. ff. de administr. tut.

102 Et t decisio text. in d. l. fin. vers. fin. autem, C. de arbit. tutor. adeo procedit, ut probatio in contrarium non admittatur, secundum Dital. de Camban. tract. in claus. nihil novari in inventariis confessione pendente, nu. 62. & Baeca de decimis tut. c. 2. sub n. 63. Id quod probare videtur d. l. fin. dum dicit, non esse aliud inspicendum, quam quod in ipso inventario scriptum legitur. Ergo reicit probationem contrariam huic præsumptioni, quam ob id iuris, & de iure esse scripturam Specul. in tit. de præsumpt. §. spectes, n. 5. in fi. Bald. in d. l. fin. n. 2. dum dicit, admitti probationem contrariam per indirectum, sicuti fit aduersus præsumptionem iuris, & de iure, secundum Menoch. lib. 1. præsumpt. quæst. 65. sub n. 11. De hac scripte & alio allegis idem Menoch. lib. 6. præsumpt. 97. n. 1. & Cavalc. de iur. & curator. n. 66. expressis decisio, l. 120. tit. 18. part. 3. ubi ista hæc ampliatio ad litteram approbatur.

103 Speciale igitur est hoc in inventario tutoris & curatoris, ut observavit gl. in d. l. fin. verbo, inscripserit, C. arbit. tut. & ibi Salys.

104 Qui t & specialis vult, quod neque allegato erroris profiti tutori, ex quo lex non admittit probationem in contrarium, idem tenet Bald. in d. l. i. §. solent, ff. de offic. pref. urb.

105 Contrarium tamen in his terminis erroris, imò quod possit prætextu erroris huiusmodi confessio revocari, tenent Petrus, & alij antiqui Cyn. & Alber. in d. l. fin. & Specul. eiusque additionator. Ioan. Andr. in tit. de instrum. edit. §. fin. col. 1. ut in exemplis ibi per eum positus, idem tenet Bald. in auth. sed cum testator, col. fin. C. ad legem Falcul. scilicet quod possit tutor iustum errorem allegare. Et hæc opinio probabilior & æquior videtur, ut iustus error possit allegari: Imò quicumque error, quo tutor fuisse ductus ad credendum, rem esse pupilli, secundum Greg. Lopez. in d. l. 120. gl. fin. ad fin. & hanc sequor. Neq; obstat d. l. 120. quia non tollit probationem erroris, sed probationem tutoris dicens ita deo posuisse tales res, ut pupillus ditor appareret, vel simili causa, & sic non præterdeter error, sed simulatio, ut expresse constat ex d. l. 120. ibi; E quo consistera e la fabrendas que laser rot esse, y por su, et muestra que el buen fano era marris e por que pudi-



pualesse meior casar, o por otra razon semeiante. Ergo à contrario sensu, quando non scienter, sed errore iusto res suas descriperit in inventario, non videtur consentire, ac per consequens admittenda erit eius probatio in contrarium.

104 Quinimo non solum error potest allegari, & probari à tutore vel curatore, contra scripta à se in inventario publico, sed etiam per indirectum probatio admittetur, quæ aduersus hanc præsumtionem iuris & de iure solet admitti, nempe res illas descriptas in inventario fuisse usu consumtas, *Matth. de Afficti. decis. Neap. 13. n. 26. & 27. vel fuisse restitutas, Menoch. lib. 1. præsumt. q. 63. nu. 2. & quæst. 65. nu. 6. & generaliter Bart. in l. quod ad præfens. C. de murileo lib. 10. Bald. in d. l. fin. nu. 2. Carbur. tut. Menoch. de præsumt. 197. n. 2. & 7. lib. 6. ubi præsumt. 8.*

105 idem in aliis probationibus, quæ aduersus præsumptiones iuris, & de iure admittuntur, ut confessio aduersarii, de qua scripserit idem Menoch. lib. 1. præsumt. quæst. 61. & notorium, ut in d. lib. 1. q. 67.

Similiter etiam limitatur dispositio d. l. fin. C. arbit. tutel. ut non procedat in præiudicium tertii, nempe quando res descripta in inventario reperitur aliena illa namque descriptio non nocet domino rei eam vendicanti, nec tutori, quia illam describi fecit, ita post Jacob. de Reven. docuit Salycet. in d. l. fin. in fin. princ. C. arbit. tut. quem refert & sequitur Greg. Lopez. in d. l. 120. in glof. quantos eram. & Menoch. d. lib. 6. præsumt. 97. n. 9.

107 Non etiam procedit dispositio d. l. ut. in d. versic. fin. autem. C. arbit. tutel. in rebus immobilibus in inventario publico descriptis per tutorem vel curatorem, quæ sua esse probare possunt tutor, & curator instrumentis: sed tantum procedit in rebus mobilibus, in quibus contrarium directe probare non possunt, ita Bald. in d. l. fin. in fin. 1. & Salycet. colum. 1. versic. quæro an hæc, & Brun. consil. 120. n. 7. Alciat. respons. 237. breviter in proposito, num. 2. quos refert, & sequitur Menoch. lib. 6. præsumt. 97. num. 6. ubi quod etiam probare poterit testimonio quinque testium, secundum Mathæum de Afficti. decis. 13. numer. 26. & sensu Bald. in d. l. ultim. num. 2. ubi idem tenet Jacob. de Arc. Cyn. & Alberic. Gcintelgentes eam legem, nempe in rebus, quæ possunt occultari, ut vinum, frumentum, & similia, & videtur istud habere æquitatem, licet Salycet. ibi teneat contrarium. Imo quod dicta lex ultima procedat etiam in immobilibus secundum Gregor. Lopez. in d. l. 120. in glof. quantos eram, id bene deducens ex dicta lege Regia, dum loquitur de quantitate, & sic de rebus mobilibus, pro quo etiam facit d. l. ultim. versic. fin. autem, ubi, ampliore quantitate substantia.

108 Sed et dispositio versic. fin. autem, extenditur, ut loci habeat etiam in confectioe tutoris & curatoris, facti in scriptura privata, in qua asserat rem esse pupilli, vel adulti, Nam & in hac specie oritur præsumtio iuris, & de iure aduersus sic consistentem, ita post alios Dec. in l. singularia, num. 8. & 9. ff. de her. pet. & ibi Cognol. num. 83. Socin. Sen. consil. 159. n. 2. lib. 2. Menoch. d. lib. 6. præsumt. 97. nu. 4. inferens inde nu. 5. quod sicut aduersus tutorem & curatorem agi potest ex solo inventario sic confectio, et respondit Soc. Sen. consil. 62. col. 1. lib. 1. ita etiam agi poterit ex confessione hac in scriptura privata facta.

109 Vltimo et in materia inventarii sciendoci per tutores, & administratores minorum, illud observandum erit, aliud esse inventarium hereditatis adeunde, aliud inventarium sciendum per ipsos tutores & curatores ad legitimandas eorum personas, & negotia pupillorum peragenda, ut notatur in d. l. aut. qui reperiuntur, ff. de administrat. tut. & l. fin. C. de iure delib. Et ideo necesse habebit tutor aliud facere inventarium, quando vult adire hereditatem cum beneficio legis, & inventarii: sed utile erit, & cum minori dispendio unum facere inven-

tarium cum solemnitatibus utriusque inventarii, ut præcautela tradit Capol. eant. 226. duplex est inventarium, ubi dicit fecisse ita praticari, quem refert, & sequitur Cavalcan. de tutor. & curator. n. 108. Et istud inventarium sic confectum proderit etiam minoribus quoad creditores hereditatis & legatarios, ne teneantur ultra eas vires hereditarias in prædicto inventario descriptas, tamen ipsi minores aliud inventarium non confecerint, ut supra n. 49. cum seqq. late probavimus.

Debenet tamen isti tutores & curatores in adeunde hereditate minorum videre, & diligenter perquirant, an sit lucrosa vel damnosa, & si cogoverint illam damnosam, debent cum beneficio legis, & inventarii, eam adire: alias tenebuntur ad damna, & expensas, & interesse minorum, & contra eos poterit iurari in litem, ut per Paris. consil. 23. vidi, nu. 44. cum sequentib. volum. 2. & per Plotum in l. si quando, nu. 228. versic. minoribus, C. unde vi, quos refert, & sequitur Cavalcan. de tut. & curat. num. 67.

Et hereditas minori delata, si pupillus est infans, debet adiri per patrem, vel tutorem solum, cum infans non habeat velle, nec nolle, & quicquid vidit, ignorat, si infans, C. de iure delib. ubi Dd. Si autem minor est maior infans, tunc ipse adire debet hereditatem, cum auctoritate patris vel tutoris. Et uterque solus non potest eam adire, ut tradunt communiter Doctores, in l. bonorum, C. qui admittant. & refert Cavalcan. ubi supra, numer. 68. quia hereditas debet fundari in persona pupilli, cum intelligat, & tutor & pater tantum auctorator, ut consilium Paulus de Castro consil. 355. sub numer. 4. in 1. part. & cum eo, & cum alio Cavalcan. ubi supra, n. 68.

Librum et quoque rationis de administratis tutoris curator conficere tenetur, ut per Dd. in l. 1. officium, de tutor. & rat. distrah. Roland. à Valle consil. 49. n. 20. lib. 1. ubi num. 24. quod si non exhibuerit librum, quia non confecerit, ex quo statim in eo deprehenditur dolus præsumtus, sicut contra tutorem, qui non conficit inventarium, tenebitur ad interesse declarandum per iuramentum in litem, ut per Bart. & alios in d. l. officium, utrimq; sequitur plures refert Mascard. de probat. 3. tom. conclus. 1392. num. 8. & Baeca de decim. tut. c. 2. n. 172. Decian. consil. 49. n. 13. vol. 3.

Quod et adeo procedit, ut etiam si testator remiserit confectioem inventarii, non tamen intelligitur remisisse librum rationis, tanquam diversum ab inventario, ut inquit Plotus in l. si quando, n. 244. versic. memoria servabis, & num. seq. C. unde vi, quem refert, & sequitur Cavalcan. de tut. & cur. n. 206. sed & alia plura de libro rationis adducemus infra in 3. part. c. 1.

Et quæ dicta sunt supra in tutore & curatore in materia inventarii, & de libro rationum sciendoci, & de rationibus reddendis, locum habent etiam in protutore & in eo, qui pro curatore se gerit, & ceteris aliis, qui bona alterius administrant, vel administrant, in xtra doctrinam Bar. in d. l. 1. officio, & in consil. 40. & 150. & Anch. consil. 317. quos refert, & sequitur Boer. decis. 128. n. 15. & Mascard. ubi supra, n. 106.

Sequitur et in text. reg. d. l. 1. tit. 16. par. 6. de fideiuss. que esto ovriere fecho (scilicet) el inventario, de los que guardador es de diez las cosas del herfano que no cayen a faxer labras las heredades, e eriar los ganados que fallaren en los bienes del finado, e esto devien faxer a buena fe, e lealmente.

A tutoribus enim pupillorum eadem diligentia exigenda est circa administrationem rerum pupillarum, quam paterfamilias rebus suis ex bona fide præbere debet, ut inquit Paulus Iurifonsultus in l. à tutoribus, 34. ff. de administratione tutorum. Præstare enim debet tutor, quantum in luis rebus diligentiam, & ideo in omnibus, quæ tutori fecit, cum facere non deberet, itam id bis,

quæ non fecit, rationem reddere debet, præstando dolum, & culpam, l. in princ. ff. de tutel. & rat. distrah.

117 Unde tutor non debet finire, quodcumque ad huiusmodi genus, quod integrum hereditas dabat, collapsum ipsius fraudis de perire fecit, & si patens, vel ille, cuiuscunque heredes est minor, reliquere deformatum adificium, tutor testificatione operis ipsius, & matorum fidei id refecere tenetur, & cogi debet lex, qua tutores vers. ergo & domus, C. de administ. tut. alias tenetur ad interesse, ut cum Rep. de peste, n. 4. tenet Baeca. de decim. tut. c. 2. n. 20.

118 Tutor quoque et reparare debet facta testat. ne pupilli frumentum pluvii contumpatur, & non exculatur, si possit auctorem communi opinione reputatum fidelem & diligentem, ita Joan. de Platea in l. 2. C. de condit. in publ. horr. libro 10. prout eum refert & sequitur Gregorius Lopez. in dict. l. 15. in glof. endecar las cosas, & Baeca. dicta cap. 2. num. 92. Molin. Theologus de iustitia & iure, 2. tractat. dissertatione 224. columna 133. versic. quod administrat.

119 Reficereque debet ædes, & cetera, quæ ad sui conservationem refectioem indigent, colereque prædicia aut locare, prout expedire iudicaverit, & tenetur greges nutrire, secundum Molin. ubi supra, addentem, quod ea mobilia, quæ commode servari non possunt, ut vestes atritas, iumenta minori non necessaria, triticum, vinum, & oleum, atque his similia, potest sine iudicis decreto vendere, permutare, facultate alienare, ut in d. l. lex, que & l. ult. §. ult. C. de administ. tut. & l. ult. C. quando deceret. opus non est. Et quod venditur tenetur huiusmodi congruo tempore, nec tam diu expectare, quousque pereant, alioquin suo damno perent, l. tutor, qui reperiuntur, §. si tutor, ff. de administ. tut.

120 Non tamen et tenetur mittere triticum, & alias res, ubi plus valeant, ut ibi vendantur, secundum Barrolium & Salycet. in dict. l. ult. §. ult. C. de administ. tut. quos refert & sequitur Gregorius Lopez. in l. 16. tit. 10. part. 6. gl. ult. & cum eo idem probat Molin. ubi supra, d. columna 123. ad finem, ubi quod satis est eas vendere, ubi existit, nec tenetur expectare tempus, in quo nimio pretio vendantur, præsertim cum si ob multam moram contumpantur & pereant, tutoris aut curatoris periculo perantem fati est, si pretio ordinario in loco, ubi sunt, vendantur.

121 Utile et tamen esse, ut dies, in quo res vendantur, scribatur, alioquin pretio, quo plus valuerunt eo mense, aut anno, in quo venduntur, illi supputabuntur, si non constet, quod die illius mensis, aut quo mensis illius anni venditæ sint, secundum Greg. Lopez. quem ipse Mol. ibi refert & sequitur.

122 Hinc probari et potest opinio Jo. Andreae in addit. ad Specul. tit. de iudic. §. 2. col. 3. ad fin. addit. magne, dicens, quod tutor, qui bona fide opus incoatum à patre pupilli perfecit, non tenetur, cum pupilli honorem tueri debuerit, arg. l. cum plures, §. 2. ff. de administ. tut. quod notandum dicit et Greg. Lop. in d. l. 15. gl. 1. tit. 16. part. 6.

123 Denique et tutor tenetur administrare bona fide res pupilli, nempe domum salutare, agrum curare, debita exigere, quæ summam primum, deinde ad longum & sigillatim emeret atque dilectus Baeca. de decim. tut. cap. 2. numero 88. cum sequentibus, & nos alio in locis distresemus.

124 Debet et præterea bona pupilli recte & fideliter administrare, & non minorem curam, affectionem, & diligentiam habere in gubernando & administrando rem pupilli, quam propriam. Aliter enim de neglectis & male administratis & indebite consumtis tenebitur, text. in §. igitur, Instit. de obligatio. que ex contr. nasc. Decius consilio 192. sub numer. 5. in fin. & Plotus in dict. l. si quando, numero 214. versic. tutor ac curator, C. unde vi, ubi lib. num. 440. & seq. & num. 560. & sequenti, dicit, posse con-

tra ipsum iurari in litem de damnis, expensis, & interesse, nisi esset rusticus grossus, refert & sequitur alios allegans Cavalcan. de tut. & curat. n. 38. et veluti in testamento fuisse libi relicta liberatio, & omne illud, in quo contingeret condemnari, quia tunc de neglectis & omissis non tenebitur, nec poterit contra eum iurari in litem, secundum Plotum in dict. l. si quando, num. 217. cum sequentibus, quem refert & sequitur Cavalcan. ubi supra, sub numer. 115. Nihilominus tamen tunc reddere debet, quicquid apud eum fuerit ex rebus pupilli. Et præterea tenetur de dolo, non obstante prædicto legato, quantumvis amplissimis verbis factio, iuxta communem opinionem, quam refert & probat Baeca. de decim. tut. cap. 2. num. 160. & nos quoque late probavimus supra alio in cap. Talis etiam liberatio & legatum non valet in favorem heredis tutoris condemnati ad reddendam rationem administrationis: cum verba remissionis & legati non sunt concepta etiam in personam heredis, alias locus, ut per Duran. de arte restant. tit. de tut. & ex leg. caut. 2. n. 4. per text. in l. qui Rem. §. Augerius, & ubi qd. & Dd. ff. de verbo. obligat. ubi adnotet tutores, ut faciat scribere à testatore, quod legat id, in quo ipse tutor aut ejus heredes condemnari contigerit, quod est notandum, ut inquit Cavalcan. ubi supra, num. 208. quod illud comprobatur, num. 209.

125 Sitamen et periculum immineret rebus adulti & ipsius curatoris, ita quod non possent unanimiter & unico actu salvare bona minoris & sua, salvando sua bona potius, quam bona minoris, non poterit sibi imputari, & ad damna non erit obligatus, alias secus esset, ita Cavalcan. de tut. & curat. n. 239. ubi citat ad hoc Bart. in l. tut. §. non est, ff. de administ. tut. ubi tenet, quod tutor in pupillatibus rebus eandem diligentiam adhibere debet, quam in propriis, & quod si certum est, quod pecuniam pupillarem non potuit collocare, sed fusa potuit, non est in culpa, si utilitatem propriam prætulit utilitati pupilli, ne alias officium suum sit sibi damnosum, quod esse non debet. Hoc autem diversum est ab eo, ad quod eum citat Cavalcan.

Sed & Baeca. de decim. tut. cap. 2. num. 91. aliter in prædicta specie, Cavalcan. resolvit, nempe quod tutor adeo res pupilli curare debet, ut eas præponere debeat suis, l. tutor futur. dignitate, §. ff. de administ. tut. & eas melius curare debet, quæ suas, nisi forte res tutoris pretiosior sit, tunc enim locus est gratificationi, iuxta glof. in l. si ne certo, §. proinde, ff. commod. & ibi nota Bart. Curt. Iur. consil. 29. num. 19. colum. fin. lib. 1. Roman. sing. 707. alius 697. incip. attende, ibi scribit, quod si tutor est in periculo, quod non potest simul & semel custodire bona sua, & bona pupilli, quod debet præferre bona pupilli, nisi res ipsius tutoris sit pretiosior. Allegat etiam Callan. in consuet. Burg. rubr. 6. §. 4. verbo, entri gers nobles, vers. Maxtenit, n. 2.

126 Quid tenendum? Ego et articulum hunc ita resolve- rem, ut in pari periculo rerum, & facultatum minoris & tutoris, seu alterius administratores, ita quod tutor vel curator non possit unanimiter, & unico actu salvare bona minoris, & sua, sed tantum illa, vel hæc, potius tenetur salvare res minoris, quam suas regulariter, argumento textus in l. si certo §. 5. num. videntium, ff. commod. ibi, proinde, & si incendio vel ruina aliquid contingat, vel ali- quod damnum fatale, non nobiscum, nisi forte cum possit res commendas salvas facere, suas prætulit, ubi glof. verbo, salvo facere, idem probat in tutore, dicens sic et tutor pupilli pecuniam; quia tutor tenetur ad custodiam reru pupilli, ita quod si dicat, se non potuisse custodire, incumbit ei probatio text. ad literam, in dict. l. tutor, secundum dignitate §. 1. ff. de administ. tutorum, ubi inquit textus, non est audientibus tutor, cum dicat, ideo cessasse pupillarem pecuniam collocare, quod idonea nomina non inventam arguatur eo tempore suam pecuniam bene colle-